Primo, los censos de la dita vall, ..... valen entre tots cascun any sinch liures [XII sous e XI diners]...

Item, en qualsevol plet que venga en forma de cort lo senyor a lo terç de la cosa demanada, e si lo terç puge fins a nou sous o d'aqui avall es del balle, e si lo terç es mes de deu sous son del senyor e lo thesorer los reb e ·ls pose en recepta.

Item, tots los bans fins a quatre sous son dels consols

cipals i als consellers politics, els quals els hi tornarien la visita abans de la sessió (art. 3); els enviats assistirien al consell municipal a l'hora que ·ls hi seria indicada, seient inmediatament després de les dignitats municipals i del rector de Vicdessos (art. 4), seguintse el mateix ordre per a firmar (art. 5); després de la sessió el cos municipal i els enviats, pel mateix ordre, anirien a la plassa publica aont els enviats deurien, segons la custum, agenollarse devant dels sants Evangelis, que ·ls hi serien presentats per els consuls, i després d'haver-hi posat les mans, prestar jurament de fidelitat i fer promesa al rei de Fransa de servar exacta i religiosament tots els convenis, costums i usus referents a lies i passeries observats entre les dos valls des de molts segles (art. 6). Després de lo qual els enviats devien donar, a llurs costes, un sopar de 13 cuberts per als membres del cos municipal, segons la custum; si volien podien aumentar la invitació, pagants-ho, i aiximateix els consellers de Vicdessos podien fer algunes invitacions pero a llurs costes (art. 7). Acabat de sopar tothom deuria sortir per l'ordre abans indicat i s'observarien les costums de fer la passejada per la vila i del ball, i els musics deurien pagarlos, segons l'us, els enviats; pero tot aixó a condició de que tots els que haguesin assistit al sopar hi anessin, i si no els enviats se·n podien excusar (art. 8). Després del ball la comuna de Vicdessos pagaria un refresc pera·ls enviats (art. 9). El darrer article d'aquesta transacció determiná: que si algun habitant de la vall de Vicdessos fes un furt o causes algun perjudici en el territori de Vallferrera, Vicdessos tindria la obligació d'indemnisar el valor de la cosa robada o del perjudici; i reciprocament. La transacció va ser llegida als enviats per un intérpret jurat; després va ser firmada. L'Artal, d'Areu, va firmar aixi: «Signo jo Pere Artal de Areu, per tota la Ball farera»; en Joan Montané també va firmar, i els demés, que no sabien escriure, varen fer una creu.

o de la vila e de sinch sous fins a deu sous, inclusíve, les penes son del balle e d'aqui amont son del senyor y entren en la recepta del thesorer.

Item, totes coses que sien confiscades que sien de valua de deu sous a avall son del balle; d'aqui amont del senyor.

Item, ha lo dit balle lo redelme de traure la quistia de tota la vall: dos sous per liura, que monten per tota la vall sis liures.

Item, a lo dit balle dos sous per liura de totes les punicions se fan en la vall.

Item, reeb dit balle dues pernes de cens cascun any de aquelles tres pernes que la parrochia de la Maçana, de la vall d'Andorra, fa e pague cascun any lo diumenge abans de sant Joan de juny.

Item, reeb lo dit balle de cascuna sethiada de cort tres sous entre abdues les parts; e cascuna cort ha dotze diners e lo nothari dotze diners.

Item, lo dit balle e les corts de dita vall han la despesa de les punicions que's fan en dita vall e tot lo restant, levats los salaris dels officials, es del fisch e ve en recepta del thesorer.

Item, ha lo dit balle sinch sous per qualsevol questio age de anar fora de son domicili en altres lochs de son domicili.

Item, ha lo dit balle sinch sous de qualsevol empara que fasse a instancia de part.

# APÈNDIX

## 1

1076, juny, 8.

*Ramon IV de Pallars fa un conveni amb Ficapal, qui li presta homenatge per la Vallferrera, prometent donarn-hi potestat tal com son pare Guitart ho havia fet abans.*

*A.* Original perdut.

*B.* Copia del s. XII. Arxiu de la Corona d'Aragó, pergamí n.º 2 de Berenguer Ramon II (abans: 3, Armari de Lleyda, sac B, n.º 114).

*C.* Copia del s. XII. Arxiu de la Corona d'Aragó, pergamí n.º 2 duplicat de Berenguer Ramon II (abans: 3, Armari de Lleyda, sac B, n.º 115).

*D.* Copia en el *Liber feudorum,* fol. 37 (actual), al Arxiu de la Corona d'Aragó.

In Dei nomine. Hec est convenientia que est facta inter Raimundum comitem et Fichapal. Convenit Fichapal predictus ad jamdicto comite ut de ista hora in antea stet in suo hominatico et in sua fidelitate sicut homo debet facere de suo meliore et solidum seniore; et accepit jamdicto[a] Fichapal per manum de jamdicto comite ipso kastro de Gilarenno et ipsa valle[b] de Valde Ferrera, et que donet predicto Fichapal ad jamdicto comite potestate de predicto kastro Gilarenno in tali modo sicut pater ejus Guitardus dedit inde ex eo potestatem ad prefato comite, et que abeat predicto comite in Valde Ferrera ipsas indominicaturas quod Raimundus Suniarius pater ejus ibi habuit, exceptus hoc quod ibi vendidit eundem pater ejus aut iste comes. Et super hoc definit predicto comite ad

[a] jamdictum *B.* — [b] valde *C.*

Fichapal omnes rancuras quod de illum abebat. Et per ipsam finem dedit Fichapal ad jamdicto comite de suo avere quinquaginta uncias; et definit ad eum ipso kastro de Olbe, Fichapal ad predicto comite. Actum est hoc VI. idus junii, anno XVI. regis Philippi. [Sig]+num Raimundus comes ✠. [Sig]+num Fichapal; qui hanc convenientia fecimus et firmavimus et ad testes firmare fecimus. [Sig]+num Sunear io Raimundo. [Sig]+num Raimundo Ademar. [Sig]+num Guillelmi Silvio. [Sig]+num Raimundi Girberti.

Raimundus clericus rogatus scripsit et *(signe)* die et anno que prefixo.

## 2

Vers 1121.

*Els homes de la ribera de Cardós juren ajudar a defensar els drets de l'esglesia de Santa María de la Seu i del bisbe d'Urgell sobre l'heretat de Vallferrera i altres llocs.* [1]

*A*. Original. Pergamí conservat al Arxiu capitular d'Urgell.
*B*. Copia en el Cartoral de la Seu d'Urgell, I, fol. 200, doc. núm. 650.

[1] Els homes de la ribera de Cardos feren també a Sant Ot, bisbe d'Urgell, el següent jurament respecte del castell de Tirvia, en dita ribera; que transcric per ser interessant: «Juramus nos homines de Cardos, per nos et per totos alios qui stant de Terra nera in amont usque in Martellado et usque in Campimen et usque in Todela, quod ad ipsum diem che domnus episcopus Odo concordara cum homines de Cardos et illi cum eo esderrocaremus ipsum castrum de Tirbia, quod vocant Trencavias, de capite usque in fundo, et che nos umquam non ibi ei faciemus, nec nos nec ullus homo per nostrum consilium; et si nullus homo vult ibi ei facere castrum tenebimus nos cum domno Odone, episcopo, et cum successoribus suis et cum illis quibus prescriptus episcopus vel successores sui nobis mandaverint, et adjuvabimus eos per fidem, sine engan, quod ibi factum non sit. Et ego Ficapal juro similiter. Et ego Gilelm de Tolsa similiter. Et ego Bernat de Cardos similiter. Similiter et nos homines qui stamus de Gilaren enamont usque in porto de Boet et usque in collo de Sor. Et sicut superius scriptum est sic faciemus et attendemus nos omnes per fidem sine enganno; sic nos Deus adjuvet et ista sancta Crux et hec IIII.or Evangelia. Et convenit mulier de Tetbaldo quod faciat facere supra scriptum sacramentum de supra scripto castro filio suo, sicut alii faciunt, quando fuerit in etate

Juramus nos homines de Cardos, per nos et per totos alios qui stant de Terra nera enamont usque in Martelado, usque in Camvimen et usque in Todela, quod de ista ora in antea adjutores erimus ad tenere et avere et ad defendere ipsum honorem de Valle Ferraria sine directo de Petro Miro et Petro Arnalli, suo nepoti, de ipsa Muxella enamonte usque in porto de Boeto, ecclesie sancte Marie Sedis Urgellensis et domno Odoni, episcopo, et successoribus suis et ad ipsam mulierem de domno Tedballo et ad filium suum nomine Tedballi, et ipsum honorem quod domnus Tedballus tenebat vel habebat in Cardos, excepto ipso directo de Ficapalo, et que adjuvemus a tenere et avere ipsum honorem quem ecclesia sancte Marie Sedis Urgellensis habet vel habere debet de Gilaren usque in Tavascan et usque in Boet et usque in ipsa laguna de Arts et usque in Termino et usque in Monte agud. Et ipsum adjutorium faciamus per fide, sine enganno, contra cunctos homines vel feminas, et [de] supra script[e] muliere et de Tedballo, suo filio, et de prescripto episcopo vel successorum suorum et ecclesie sancte Marie Sedis Urgellensis; sic nos Deus adjuvet et ista sancta Crux et hec IIII.or Evangelia. Nomina illorum hominum qui hoc juraverunt sunt hec: De Tavascan, G. Eic. De Ladros, Ramon Arnall. De Estirre. G. Mir. De Carcibros, R. Guilelm.

quod debeat facere sacramentum. Nomina illorum qui hoc juraverunt hominum sunt hec: De Tavascan, Isarneiz. De Leseret, Eizcolfo. De Ladorre, Guitardeiz. De Boldis, Bonal. De Ladros, Roger. De Estirre, Bernard Avonso. De Arros, Mir Arnald. De Asnet, Pere Bernard. De Carcebros, Baro Ranfred. De Ribera, Ademar Ramon. De Surri, Pere Ramon. De Anas, Gilelm Vidal. De Bonestarre, Bernardat. De Estaon, Pere Isarn.» (Pergamí de l'Arxiu capitular d'Urgell).

La data d'aquest document, com la de l'imprès a dalt, ha de ser entre juliol de 1120 (testament de Tetbald de Vallferrera) i juliol de 1122, en que morí S. Ot.

En 1224 els homes d'Anoris, als quals el bisbe Pere feu remissió de les malifetes que creia ocasionades per ells, juraren a dit prelat donar-li favor i ajuda com els altres seus homes de Vallferrera (Arxiu episcopal de la Seu d'Urgell).

IV

# PRIVILEGIS
## DE LA
# VALL DE QUEROL

# I

1202, novembre. — Perpinyá.

*Pere I, atenent les queixes dels de la vall de Querol, mana que cap de sos batlles i veguers s'atreveixin a exigils-hi, sense ordre seva, res més que lo dels seus drets; i concedeix al batlle i als homes de dita vall que's puguin defensar per ells mateixos, sense haver-ne de respondre a ningú.*

*A.* Original perdut.
*B.* Transcripció inclosa en la confirmació de Pere III. [1]

Manifestum sit quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, persepius recepi multas querimonias de hominibus meis de valle de Querol, videlicet quod bajuli et vicarii mei et quamplures alii exigebant eis multa servitia et ademprivia, tam vi quam gratis, et ultra servitia que michi debent facere et ultra questias meas et jura forciant eos et ademprant. Quapropter, quia dignum et justum est ut unusquisque jus suum habeat, firmiter et precipiendo mando et mandando preci- § I
pio quod nemo sit ausus, neque bajulus meus neque vicarius, ultra jura mea aliquid sine meo mandato eis exigere vel demandare vel aliquam questiam eis facere hominibus invitis; quod qui faceret iram nostram incurreret et indignationem. Et insuper plenam licentiam dono et con- § II
cedo bajulo, qui modo ibi est vel in antea fuerit, et omnibus hominibus predicte vallis qui habitant a Podioceritano insursum, quod inde se defendant et quod de defensione illa mihi neque alicui teneantur. Data Perpiniani, anno

[1] Vègi's més avall, doc. VIII.

Domini millesimo ducentesimo secundo, mense novembris.

Signum *(signe reial)* Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone.

✠ Petrus, Ausonensis sacrista. Sig + num Pontii de Livia. Sig + num Bernardi de Albars, domini regis judicis. Sig + num Bernardi Guillelmi. R. ✠ Boneti.

Sig *(s. man.)* num Petri de Blandis, qui mandato domini regis hec scripsit, cum litteris suprapositis in linea VIIII.[a]

## II

1243, gener, 2. — Puigcerdà.

*Jaume I fa remissió dels mals usus als homes de la batllia del castell de Querol.*

*A.* Original perdut.
*B.* Transcripció inclosa en la confirmació de Pere III. [1]

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et omnes successores remittimus et perpetuo diffinimus vobis universis et singulis habitatoribus totius bajulie castri de Querol, presentibus et futuris, exorquiam, intestiam et cuguciam et quicquid ratione istorum dare debeatis vel dare consuevistis; ita quod a predicta exorquia, intestia et cugucia vos et vestri successores de cetero imperpetuum sitis liberi et penitus absoluti, nec de istis nobis vel nostris aut bajulo, vicario aut alicui alii officiali nostro res-

[1] Vègi's més avall, doc. VIII.

pondere in aliquo teneamini. Mandamus itaque bajulis, vicariis et aliis nostris subditis universis quatenus contra predicta non veniant nec aliquem venire permittant. Data Podioceritano, IIII. nonas januarii, anno Domini M.º CC.º XL.º II.º

Signum *(signe reial)* Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Petrus de Montecateno, Guillelmus de Entença, Petrus de Focibus.

Sig*(s. man.)*num Guillelmi, scribe, qui mandato domini regis hec scripsit loco die et anno prefixis.

Lecta fuit regi.

## III

1243, abril, 26. — Montpeller.

*Jaume I concedeix als homes de Querol, de Quers i de Cortvassill l'aprofitament del bosc de Campcardós, per a la fusta, les aigues i els pasturatges.*

*A.* Original perdut.

*B.* Transcripció inclosa en la confirmació de Pere III. [1] — *C.* Copia de 1541, en pergamí, al Arxiu dels Pirineus Orientals: B.-10.

*a.* Alart, *Priviléges et titres relatifs aux franchises, institutions et propriétés communales de Roussillon et de Cerdagne*, p. 172; Huici, *Colección diplomática de Jaime el Conquistador*, I, p. 365.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros donamus et concedimus vobis universis et singulis homi-

[1] Vègi's més avall, doc. VIII

nibus nostris de Querol et de Quers et de Cortvesil et vestris presentibus et futuris, imperpetuum, quod semper libere et absolute possitis in nemore vocato Campcardos ligna grossa et minuta scindere et levare ad quemcumque usum volueritis et habeatis similiter aquas et pasqua et habeatis dictum nemus cum terminis et affrontationibus consuetis; verum si in dicto nemore vel terminis ejusdem aliquid laboraveritis, de expleto laborationis nobis et nostris imperpetuum tasquam donetis. Et donetis nobis et nostris annuatim C.X. solidos malgoriensium quos jam annuatim solebatis dare pro usu dicti nemoris. Data Montepessulani, VI. kalendas madii, anno Domini M.º CC.ºXL.º tertio.

Signum *(signe reial)* Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Gaucerandus de Pinos, Bernardus Hugonis de Serralonga, G. d' Ortal, Berengarius de Capraria, Petrus Maça.

Sig*(s. man.)*num Guillelmoni, scribe, qui mandato domini regis hec scripsit loco die et anno prefixis.

## IV

1257, octubre, 4. — Lleyda.

*Jaume I concedeix als homes de la vall de Querol que llurs bestiars puguin anar pasturant en una extensió equivalent al temps que correspongui de des de la sortida a la tornada al corral en un dia; prohibint que la gent d'altres llocs introdueixi son bestiar dintre aquests termes, per a pernuitar ni pasturar.*

*A.* Original perdut.
*B.* Transcripció inclosa en la confirmació de Pere III. [1]

Pateat universis quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros concedimus et indulgemus ac statuimus vobis universis hominibus vallis de Querolio, presentibus et futuris, et vestris imperpetuum quod nullus homo alterius ville vel alius loci audeat vel possit mittere bestias vel pecudes suas ad pernoctandum vel campanandum infra terminos et pascua que bestie et pecudes vestre potuerint pascere et pascendo ire et querere quanto longius possint recedendo de cortali suo et redeundo ad ipsum cortale una eademque die; sed omnes illi termini et pascua sint et remaneant semper ad usum et servitium vestri et vestrorum tantum et bestiariorum vestrorum et non ad usum vel servitium aliquorum aliorum nec bestiariorum suorum, ut superius dictum est. Mandantes vicariis, bajulis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod contra hanc concessionem nostram non veniant nec aliquem venire permittant aliquo modo vel aliqua ratione, immo eam observent et faciant firmiter ab omnibus observari, defendendo vos et predictos terminos vestros et pascua contra quemlibet hominem qui contra hanc concessionem nostram veniret, si de nostri confidunt gratia vel amore. Data Ilerde, IIII.º nonas octobris, anno Domini M.º CC.º L.º septimo.

Signum *(signe reial)* Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

[1] Vègi's més avall, doc. VIII.

| | | |
|---|---|---|
| Testes sunt: | Guillelmus de Cardona. | Guillelmus de Angularia. |
| Petrus de Montechatheno. | Berengarius de Angularia. | Eximinus de Focibus. |

Sig*(s. man.)*num Michaelis de Alcoario, qui mandato domini regis pro domino fratre Andrea, episcopo Valencie, cancellario suo, hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

## V

1308, setembre, 2.

*Ordinacio de Jaume II de Mallorca sobre lo que haurien de pagar els homens de Querol, de Quers i de Cortvassill que tenien us de tallar llenyes y fusta en el bosc de Campcardós i sos termens.*

*A.* Original perdut.
*B.* Copia en el «Registre XVII de la Procuració reial de Mallorca» [1] (ms. del segle XIV), al Arxiu dels Pirineus Orientals: B. 94, fol. 1.
*C.* Copia en el «Summarium pragmaticarum» (ms. de la fí del segle XV) al Arxiu dels Pirineus Orientals: B. 367, fol. 257 v.

DILU[N]S .II. DIES DE SETEMBRE EN L'AYN DE M.CCC.VIII.

1 § Fo adordonat per manament del senyor rey de Malorches que totz los homens de Querol e de Quers e de Cortvassil, aquels empero qui son homens propris del senyor rey, qui han us de talar lenyes e fusta en lo bosch

[1] Aquest registre porta ·l següent titol: «N.º 17. Libre de diverses ordinacios antiques qui fan molt per lo Patrimoni reyal, de l'any M.CCC.VIII. E aquest libre qui anave per mal recapte feu ligar Arnau Porta, regent lo offici de la Procuracio reyal l'any M.CCC.XC.VIII e mes-li titol de: E.» Al comensament té una «Rublica» i en ella amb el n.º 1 hi ha l'epígraf corresponent al present document.

de Campcardos o als termens d'aquel, que de tota lenya que·n prenen e talen per vendre en lo dit bosch o als ditz termes, sia que la venen dins lo dit bosch o fora lo dit bosch, paguen e hagen a paguar per cascuna somada que y talaran e·n penran per vendre, I diner.

Item, cascun dels ditz homens qui trascha ni prena aladrigues del dit bosch o termes del dit bosch, paguen e hagen a paguar de I. aladrigue, obol; e aixi segons mes e segons meyns. E per cascun dental que trayran e penran dels ditz bosch e termens, de dos dentals, obol; e axi segons mes e segons menys. § II

Item, cascun dels ditz homens qui tal ni prena e trascha del dit bosch o dels termes per vendre cabirons, monals o cayratz o pertxes, paguen e hagen a paguar per cascuna somada que penran del dit bosch per vendre II. diners per cascuna somada. § III

Item, per cascun dels ditz homens qui prena e trascha herba del dit bosch e termens del dit bosch, pach e hage a paguar per cascuna somada que·n trayran e·n penran III. diners per cascuna somada. IV

Item, fo adordonat per manament del dit senyor rey que tot altre hom de la vayl de Querol qui haga us en lo dit bosch e als ditz termes del dit bosch, qui talen e prenen e trasquen del dit bosch o termes d'aquel alcuna causa de les causes damont dites, per vendre, paguen e hagen a paguar doblen forestage per cascuna causa que·n trayran. § V

Item, fo adordonat per manament del dit senyor rey que tot hom qui fassa e trascha e prena de selcles del dit bosch o dels ditz termes, hagen a paguar e paguen per cascuna somada de selcles que·n trayran VI. sous per somada. § VI

E qui contra ayso fará, paguará de pena per cascuna vegada L. sous, de la qual pena haurá lo denunciador la .III.ª part. § VII

# VI

1313, novembre, 28. — Perpinyà.

*Sanxo de Mallorca concedeix als homes de la vall de Querol que puguin utilitzar el bosc de Campcardós no sols per a llur propi us sino també per a vendre'n fusta, a condició d'un cens anual i amb determinades excepcions.*

*A.* Original perdut.
*B.* Copia del segle XVIII, legalitzada notarialment, al Arxiu dels Pirineus Orientals: B, 13.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritaniae et dominus Montispessulani, ad cedendos tumultus et litigia quod frequenter contingebant inter homines infrascriptorum locorum vallis et bajulie de Querol, ex una parte, et nostros procuratores et rendarios et collectores nostrorum reddituum vallis de Querol, ex altera, super eo quod cum ipsi homines ex concessione nostrorum progenitorum habeant usum lignandi seu recipiendi ligna ad usum proprium de nemore nostro vocato Campcardos [1] et cum inde recipiebant ligna ad vendendum vel alterius usus quam proprium habeant solvere foristagium; per nos et nostros, volentes dictis hominibus facere gratiam specialem, concedimus quod ex nunc homines de Querol et de Quers, de Cortvassil, de Turri, de Rialtes et de Linars et de Cedret et hospitiorum dels Moratos [et] de Iravayls, quod sunt homines nostri proprii et sunt et consueverunt esse de comunitate ceterorum hominum nostrorum dicte vallis de Querol,

[1] Confr. doc. III, p 295.



quod ipsi homines dictorum locorum et singuli eorum et sui successorum habeant in dicto nemore de Campcardos jus et servitutem, usum et ademprivium lignandi et recipiendi ligna ad suum et suorum usum et ad vendendum et dandum absque aliqua prestatione et exactione foristagii et alterius servitutis, tali tamen pacto et conditione adjectis expresse quod loco et vice foristagii quod ipsi homines solvebant et solvere debebant et consueverunt pro lignis quod recipiebant ex dicto nemore causa vendendi vel ad alios usus quam proprios dent et solvant nobis et nostris nonaginta solidos barchinonensium rendales seu censuales quolibet anno, et sic cum hujusmodi nonaginta solidos et cum centum et decem solidos quos quolibet anno prestare debebant et consueverunt censuales, pro servitute quam ad proprium usum habebant uti lignis dicti nemoris, prestabunt et solvent nobis et nostris ducentos solidos barchinonensium censuales seu rendales quolibet anno, perpetuo, festo sancti Michaelis septembris. Excipimus tamen de presenti concessione et nobis et nostris retinemus expresse omnes arbores dicti nemoris aptos ad arculos et ad cerisales et omnes arbores ac omnia ligna apta ad opus turni, de quibus arboribus et lignis dicti homines vel eorum aliquod per se vel suos vel per alium nunquam aliquid scindant vel recipiant. Item, excipimus quod dicti homines vel aliquis pro eis nunquam faciant in dicto nemore furnum calcis nec de lignis dicti nemoris cocant calcem. Declaramus etiam quod dicti homines vel aliquis eorum vice vel nomine nostro [non] sit ausus scindere in dicto nemore vel tangere aliquis de arboribus vel lignis dicti nemoris nisi in tallis designatis, videlicet primo in prima et secundo in secunda, seriatim sequendo per omnia et non transgrediendo in aliquo tallias vel earum ordinationes prout statute sunt per Pagnanum, quondam, de Perpiniano. Man-

dantes locum nostrum tenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus nostris presentibus et futuris quod hujusmodi nostram concessionem firmam habeant et observent et faciant ab omnibus firmiter observari, exceptionibus et declarationibus predictis in omnibus semper salvis. In cujus rei testimonium presentem cartam sigillo nostro pendenti jussimus comuni[ri]. Quod est actum Perpiniani quarto kalendis decembris, anno Domini millesimo tercentesimo tertiodecimo.

Ego Laurentius Plasenssa, scriptor prefati domini nostri regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi et subsignavi meo publico et consueto sig*(s. man.)*no.

## VII

1321, maig, 11. — Perpinyà.

*Sanxo de Mallorca concedeix als homes de la vall de Querol que puguin elegir cada any en la festa de S. Joan tres prohoms per a jurats o consellers de dita vall.*

*A.* Original perdut.
*B.* Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III. [1]

Noverint universi quod nos Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie [et] dominus Montispessulani, cum hoc nostro instrumento concedimus universis hominibus totius vallis de Querol presentibus et futuris quod hinc ad festum sancti Joannis de junio primum venturum possint simul cum bajulo nostro

[1] En 1599 (13 de juliol) el rei Felip III (II de Catalunya) confirmà als de la vall de Querol llurs privilegis anteriors, transcribint-ne en el respectiu document un bon nombre i entre ells aquest. (Arxiu de la Corona d'Aragó, Registre 4,879, ff. 215 v.º i 138).

vallis predicte ponere et constituere tres probos homines ipsius vallis in juratos sive consiliarios qui jurent in posse dicti bajuli se bene gerere et habere fideliter in his que pertinebunt ad comunem utilitatem hominum dicte vallis et quod nichilominus audient compotum et rationem de omnibus tallis et questiis que fient in dicta valle et quod possint dividere et terminare omnes controversias seu contentiones que v[er]tentur inter dictos homines dicte vallis, tam ratione scilicet terminorum quam viarum seu carreriarum; et quod inde in dicto festo sancti Joannis mutentur quolibet anno dicti tres jurati sive consiliarii, quos bajulus noster dicti loci, cum consilio et assensu dictorum trium juratorum seu consiliariorum anni preteriti, teneatur et debeat eligere et ponere in dicta valle qui de predictis habeant potestatem ut superius continetur, qui dicti tres jurati sive consiliarii incontinenti cum electi fuerint predictum juramentum prestare teneantur in posse bajuli antedicti sub dicta forma. Mandantes bajulo et judici dicte vallis et vicario Ceritanie et universis aliis officialibus nostris presentibus et futuris quod predictam concessionem nostram firmam habeant et observent ut superius continetur. Predictam autem concessionem durare volumus et intendimus dum nobis placuerit et donec illam duxerimus revocandam.[2]

[2] Encara que per aquesta clausula podria tal vegada suposar-se que 'l present privilegi hagués tingut sols el caracter de temporal no sembla que fós aixís ni que sigués derogat, ans al contrari els jurats de la vall (diferents dels consols que després s'establiren també) continuaven existint encara en 1519, any en el qual l'emperador Carles V, en un document del 14 d'octubre, accedí a ampliar llurs atribucions tal com li demanaven els de Querol en un memorial que contenia aquest capitol: «E com dita vall e poblats en aquella en virtut de privilegi real e altrament tinguen facultat quiscun any en cert dia de elegir tres prohomens vulgarment dits jurats los quals segons dit privilegi tenen facultat de coneixer de questions resultants entre los poblats en dita vall sobre les terminacions e afro[n]tacions y limits de les possessions e terres de aquells e dels camins e hoir los comptes dels talls y quisties e altres coses concernents lo be e utilitat de la cosa

Et ad majorem firmitatem omnium predictorum presenti carte nostrum jussimus apponi sigillum. Quod est actum Perpiniani, quinto idus madii, anno Domini millesimo tercentesimo vicesimo primo.

Ego Jacobus Scuderii, notarius prefati domini regis nostri Majoricarum illustris et ipsius auctoritate publicus notarius, de cujus speciali mandato hec scribi feci et clausi meo publico solito sig[*(s. man.)*]no.

## VIII

1334, setembre, 4. — Puigcerdà.

*Pere III confirma a la vall de Querol els privilegis que li havien concedit els seus predecessors Pere I i Jaume I i el rei Sanxo de Mallorca.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 979 (abans: *Diversorum*[1] *Petri III)*, f. 68, a l'Arxiu de la Corona. — *C*. Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III. [1]

Pateat universis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice co mesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, attendentes

publica de dita vall e en dit privilegi no sia dada a dits prohomens facultat de compellir e forçar los tals littigants per les coses sobredites de comparer davant ells ni de tenir les decla[ra]cions per ells fetes, que sie de vostra real Majestat confirmar ad aquells de nou dit privilegi e dar facultat ab lo present a dits prohomens en compellir los tals littigants e·n subir jubi davant ells per les causes predites e imposar ad aquells qualsevol penes pecuniaries y aquelles, si mester sera, executar e dites declaracions esser [en] execucio deduides e altrament dit privilegi sia observat juxta llur serie e tenor e segons que fins aci es stat de aquell usat; e per esser coses minimes y de poca valor voler, y consentir que de dites declaracions no se·n puga appellar, ni lo governador de Rossello o altre jutge inferior coneixer. *Plau al senyor rey.*» (Arxiu de la Corona d'Aragó, Registre 3,882, f. 167.)

[1] En el registre 4879, f. 232, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

illustrissimos principes dominos Petrum, attavum, et Jacobum, abavum nostros, dive recordationis Aragonum reges et ex tunc etiam illustrem Sanctium, regem Majoricarum, memorie recolende, vobis consulibus, probis hominibus et universitati castri de Querol et ejus bajulie, siti in Ceritania, subinserta privilegia, libertates, immunitates et gratias concessissent cum cartis suis, sigillis pendentibus roboratis, quorum tenores tales esse dinoscuntur:

**Manifestum sit quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, persepius recepi multas querimonias de hominibus meis de valle de Querol, videlicet quod bajuli et vicarii mei et quamplures alii exigebant eis multa servitia et ademprivia, tam vi quam gratis, et ultra servitia que michi debent facere et ultra questias meas et jura forciant eos et ademprant. Quapropter, quia dignum et justum est ut unusquisque jus suum habeat, firmiter et precipiendo mando et mandando precipio quod nemo sit ausus, neque bajulus meus neque vicarius, ultra jura mea aliquid sine meo mandato eis exigere vel demandare vel aliquam questiam eis facere hominibus invitis, quod qui faceret iram nostram incurreret et indignationem. Et insuper plenam licentiam dono et concedo bajulo, qui modo ibi est vel in antea fuerit, et omnibus hominibus predicte vallis qui habitant a Podioceritano insursum, quod inde se defendant et quod de defensione illa mihi neque alicui teneantur. Data Perpiniani, anno Domini M.º CC.º secundo, mense novembris. Signum *(signe reial)* Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone. ✠ Petrus, Ausonensis sacrista. Sig + num Pontii de Livia. Sig + num Bernardi de Albars, domini regis judicis. Sig + num Bernardi Guillelmi. R. + Boneti. Sig*(s. man.)*num Petri de Blandis, qui mandato domini regis hec scripsit, cum litteris suprapositis in linea nona. — Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et omnes successores remittimus et perpetuo diffinimus vobis universis et singulis habitatoribus totius bajulie castri de Querol, presentibus et futuris, exorquiam, intestiam et cuguciam et quicquid ratione istorum dare debeatis vel dare consuevistis; ita quod a predicta exorquia, intestia et cugucia vos et vestri successores de cetero imperpetuum sitis liberi et penitus absoluti, nec de istis nobis vel nostris aut bajulo, vicario aut alicui alii officiali nostro respondere in aliquo teneamini. Mandamus itaque bajulis, vicariis**

et aliis nostris subditis universis quatenus contra predicta non veniant nec aliquem venire permittant. Data Podioceritano .IIII. nonas januarii, anno Domini M.º CC.º XL.º II.º Signum *(signe reial)* Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani. Testes sunt: P. de Montecateno, G. de Entença, P. de Focibus. Sig*(s. man.)*num Guillelmi, scribe, qui mandato domini regis hec scripsit loco die et anno prefixis. Lecta fuit regi. — Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros donamus et concedimus vobis universis et singulis hominibus nostris de Querol et de Quers et de Cortvesil et vestris, presentibus et futuris, imperpetuum, quod semper libere et absolute possitis in nemore vocato Campcardos ligna grossa et minuta scindere et levare ad quemcumque usum volueritis et habeatis similiter aquas et pasqua et habeatis dictum nemus cum terminis et affrontationibus consuetis; verum si in dicto nemore vel terminis ejusdem aliquid laboraveritis, de expleto laborationis nobis et nostris imperpetuum tasquam donetis. Et donetis nobis et nostris annuatim C.X. solidos malgoriensium quos jam annuatim solebatis dare pro usu dicti nemoris. Data Montepessulano, VI. kalendas madii, anno Domini M.º CC.ºXL.º tertio. Signum *(signe reial)* Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani. Testes sunt: Gaucerandus de Pinos, Bernardus Hugonis de Serralonga, G. d'Ortal, Berengarius de Capraria, P. Maça. Sig*(s. man.)*num Guillelmoni, scribe, qui mandato domini regis hec scripsit loco die et anno prefixis. — Pateat universis quod nos Jacobus, Dei gratia, rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros, concedimus et indulgemus ac statuimus vobis universis hominibus vallis de Querolio, presentibus et futuris, et vestris imperpetuum quod nullus homo alterius ville vel alius loci audeat vel possit mittere bestias vel pecudes suas ad pernoctandum vel campanandum infra terminos et pascua que bestie et pecudes vestre potuerint pascere et pascendo ire et querere quanto longius possint recedendo de cortali suo et redeundo ad ipsum cortale una eademque die, sed omnes illi termini et pascua sint et remaneant semper ad usum et servitium vestri et vestrorum tantum et bestiariorum vestrorum et non ad usum vel servitium aliquorum aliorum nec bestiariorum suorum, ut superius dictum est. Mandantes vicariis bajulis et universis aliis officialibus et subditis

nostris, presentibus et futuris, quod contra hanc concessionem nostram non veniant nec aliquem venire permittant aliquo modo vel aliqua ratione, immo eam observent et faciant firmiter ab omnibus observari, defendendo vos et predictos terminos vestros et pascua contra quemlibet hominem qui contra hanc concessionem nostram veniret, si de nostri confidunt gratia vel amore. Data Ilerde, IIII.º nonas octobris, anno Domini M.º CC.º L.º septimo. Signum *(signe reial)* Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani. Testes sunt: P. de Montechatheno. G. de Cardona. Berengarius de Angularia. G. de Angularia. Eximinus de Focibus. Sig*(s. man.)*num Michaelis de Alcoario, qui mandato domini regis pro domino fratre Andrea, episcopo Valencie, cancellario suo, hec scribi fecit loco, die et anno prefixis. Idcirco vobis consulibus, probis hominibus et universitati castri ejusdem, quod pretextu executionis justitie quam, Deo faciente, peregimus contra Jacobum, dudum Majoricarum regem, ad nostrum plenum et inmediatum dominium nunc pervenitis, vestrisque successoribus et omnibus et singulis habitantibus et habitaturis in ipso castro et ejus termino ipsa privilegia, juxta seriem eorumdem, et omnia et singula supracontenta, necnon etiam quevis alia privilegia, libertates et immunitates et bonos usus que habetis et hactenus habuistis, cum presenti carta perpetuis temporibus valitura confirmamus prout eis melius et plenius usi estis. Mandantes hujus serie procuratori nostro generali ejusque vicesgerentibus necnon gubernatoribus generalibus et procuratoribus patrimonii ac vicariis, bajulis ceterisque officialibus nostris et subditis, presentibus et futuris, quod ipsa privilegia, libertates, immunitates, concessiones et gratias vobis et posteris vestris imperpetuum teneant et observent et faciant observari prout eis melius et plenius, ut pretangitur, usi estis. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus sigilli magestatis nostre pendentis et soliti munimine roboratam, quia sigilla nova nondum fieri fecimus. Data in Podioceritano, II.º nonas septembris, anno Domini M.º CCC.º XLIIII.º A. vicecancellarius.

Signum *(signe reial)* Petri, Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie.

| | | |
|---|---|---|
| Testes sunt: | Raymundus Rogerii, comes Pallariensis, | Petrus Galcerandi de Pinosio, |
| Petrus, dominus de Exerica, | Galcerandus de Bellopodio, | A. de Saga. |

Sig*(s. man.)*num Raymundi Sicardi, dicti domini regis scriptoris, qui de mandato ejusdem hec scribi fecit et clausit, cum litteris in raso positis in linea prima ubi dicitur: «Aragonum», et in linea II.ª ubi dicitur: «teno», et in linea XIX.ª ubi dicitur: «firmiter ab omnibus», et in linea XXIIII.ª ubi dicitur: «ejus melius et plenius ut pretangitur», et in linea firme domini regis ubi dicitur: «tisque».

Raymundus Sicardi, mandato domini regis, qui eam legit.

## IX

1344, octubre, 8. — Barcelona.

*Pere III concedeix als homes de la vall de Querol una dilació de deu dies pera al pagament quan fossin requerits judicialment per algun deute provat.*

*A.* Original perdut.
*B.* Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 876 (abans: *Gratiarum 10 Petri III)*, f. 172, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

Nos Petrus, [Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie],[a] tenore presentis concedimus vo-

[a] Nos Petrus, etc. *B*.

bis consulibus, probis hominibus et universitati vallis de Querol et totius ejus bajulie et singulis vestrum, presentibus et futuris, dilationem, spatium seu faticam decem dierum, ita videlicet quod pro querimoniis que exponentur de vobis seu adversus vos vel bona vestra nichil solvatis pro justitia seu calonia curie nec compellamini aliquatenus ad solvendum aliquid conquerentibus de vobis infra decem dies a die facte prime querimonie computandos, nec etiam post ipsos decem dies nisi demum facta fuerit retroquerimonia de vobis vel adversus vos vel bona vestra; sed elapsis dictis decem diebus, si non satisfeceritis conquerentibus aut non conveneritis cum eisdem, solvatis curie caloniam seu justitiam secundum usum consuetum ab olim debitam, de eo tantum de quo retroquerimonia facta fuerit, et tunc etiam compellamini ad solvendum conquerentibus illud de quo facta fuerit retroquerimonia, si tamen constiterit id deberi. Hujusmodi vero concessionem et gratiam durare volumus quamdiu nobis placuerit et non ultra[1]. Mandantes gubernatori generali, vicariis, bajulis et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quod hujusmodi nostre concessionis gratiam vobis et ipsi universitati et singulis ejus observent firmiter et faciant ab omnibus inviolabiliter observari quamdiu eam durare voluerimus et sit nostri beneplaciti, ut prefertur. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo solito pendenti comunitam, quia sigilla nova nondum fieri feceramus. Data Barchinone, octavo idus octobris, anno Domini M.º CCC.º XLIIII.º A. vicecancellarius.

Raymundus Sicardi, mandato regio facto per vicecancellarium.

[1] Malgrat aquesta clàusula, que podria donar caràcter temporal a aquest privilegi, com que no hi ha cap noticia de revocació del mateix l'incloc aquí, no deixant de tenir interès.

## IX

1381, maig, 8. — Barcelona.

*L'infant Joan, primogènit del rei d'Aragó i governador general de sos regnes, confirma als cònsols i prohoms de la vall de Querol la costum que tenien d'establir taxadors del pa, vi, carn i altres coses, de posar coneixedors en les deveses i de constituir oïdors de comptes.*

*A.* Original perdut.
*B.* Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 1685 (abans: *Gratiarum 10 infantis Johannis, locumtenentis Petri III),* f. 165, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó. — *C.* Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III.[1]

Nos infans Johannes, serenissimi domini regis primogenitus ejusque regnorum et terrarum generalis gubernator, attendentes pro parte consulum et proborum hominum vallis de Querol fuisse nobis humiliter supplicatum quod cum ipsi usi fuerint et utantur ponere et constituere ac ordinare in dicta valle taxatores, extimatores et sigillatores panis, vini et carnium et aliorum rerum que in dicto castro, valle et loco sunt solita extimari, taxari et sigillari sintque ac fuerint assueti ponere et mittere consiliarios sive cognitores et banderios in devesiis pasturis dicte vallis et auditores compotorum ponere et ipsa compota inter eos difinire et alias ordinationes in dicta valle facere et hiis omnibus et singulis usi fuerint et utantur, et quidam nisi fuerunt et nitantur dictos consules et probos homines in eorum usibus, quibus ut prefertur usi sunt et fuerunt, perturbare, inquietare et impedire, et supplicaverunt nobis ut super predictis

[1] En el registre 4879, f. 229 v., a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

dignaremur eosdem consules ac probos homines privilegiare et in vim privilegii concedere eosdem et eorum successores in dicta valle perpetuo uti permitere omnibus premissis sicut usi fuerunt usque ad presentem diem. Nos itaque supplicatione hujusmodi benigne suscepta, volentes ipsos consules et probos homines privilegiare et in hac parte favore et privilegio perpetuo etiam prosequi gratiose, ideo super predictis et infrascriptis taliter duximus providendum et ipsis consulibus et probis hominibus de novo ducimus in privilegio concedendum quod consules et probi homines supradicti possint et valeant uti libere et impune et absque cujusquam contradictione premissis omnibus et singulis prout melius et plenius usi fuerunt et sunt assueti temporibus preteritis et per dictum dominum regem et nos dicti usus eisdem fuerunt confirmati; hoc tamen adjecto quod ordinationes per ipsos fiende tangentes fortalicium et fornimentum dicti castri habeant fieri de et cum consilio bajuli ejusdem castri, salvo tamen et retento dictis probis hominibus quod fornimentum per eos missum seu immitendum intus dictum castrum pro defensione ejusdem possint et valeant, si voluerint, de sex in sex mensibus vel minore tempore renovare et mutare seu renovari et mutari facere, licentia seu voluntate bajuli antedicti quo ad hec minime expectata et sine impedimento bajuli antedicti et cujusvis alterius persone. Mandantes cum presenti vicesgerenti pro nobis in comitatibus Rossilionis et Ceritanie et universis et singulis officialibus et subditis dicti domini regis et nostris quatenus presentem nostram concessionem et privilegium teneant et observent et ab aliis observari faciant inconcusse et contra eam non veniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Pro hoc autem privilegio recognoscimus et confitemur nos habuisse et recepisse ab ipsis probis hominibus seu a Raymundo Hospital, ipsorum nomine, ducentos florenos

auri de Aragonia, quos fideli consiliario et expensori nostro Perpiniano Blan realiter et numerando tradiderunt. In cujus rei testimonium presentem cartam nostram eis fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam. Data Barchinone, VIII.[a] die madii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo.[1] PRIMOGENITUS.

Dominus dux misit eam signatam expediendi.[a]

P.

Registrata[b]

## X

1386, mars, 8. — Barcelona.

*Joan I confirma als habitants de la vall de Querol totes les franqueses i privilegis que els hi havien concedit els seus predecessors.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 1890 (abans: *Gratiarum 1 Joannis I)*, f. 98, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó. — *C*. Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III.[2]

In Dei nomine. Pateat universis, quod nos Johannes, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardi-

[a] *A més d'aquesta fórmula hi havia en l'original la següent indicació* : In X gratiarum. — [b] *Aquesta indicació devia trobar-se en l'original al mig del dors del replec inferior del pergamí.*

[1] El mateix dia de la concessió d'aquest privilegi l'infant Joan va otorgar un altre document en favor dels homes de la vall de Querol fent-els-hi remissió de les penes en què haguessin incorregut per haver posat anteriorment taxadors de vitualles i oïdors de comptes en perjudici de la jurisdicció reial sense haver presentat els privilegis antics en què se'ls hi hagués confirmat la costum segons la qual ho feien, malgrat haver-ne estat requerits. (Registre 1685, f. 166, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó). — [2] En el registre 4879, f. 241, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

nie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, gratis et ex certa scientia, per nos et omnes heredes et successores nostros presentes et futuros, laudamus, approbamus et in omnibus confirmamus vobis Petro Bonadona, nuncio, sindico et procuratori universitatis castri et loci de Querol, terre Ceritanie, ad nos nunc noviter pro faciendo nobis fidelitatem nomine dicte universitatis ratione nostri novi dominii seu nove successionis misso, et etiam consulibus et probis hominibus ac universitati predicte et omnibus habitatoribus ejusdem castri, loci et ejus bajulie, presentibus et futuris, imperpetuum, omnes libertates, franquitates, immunitates, privilegia, ademprivia et constitutiones ac concessiones factas et concessas vobis et antecessoribus vestris habitatoribus dicti loci, castri et ejus bajulie et universitati ejusdem per illustres dominos reges Jacobum, attavum, Petrum, abavum, Alfonsum, magnum patruum, Jacobum, proavum, Alfonsum, avum, Petrum, patrem nostros, memorie recolende, ac per nos, prout in instrumentis et privilegiis ac concessionibus inde factis plenius continetur, etiam omnes consuetudines et usus dicti loci et ejus bajulie prout omnibus et singulis supradictis ipse locus et ejus singulares et dicte bajulie melius et plenius usi fuerunt et hodie utuntur; volentes, statuentes et etiam mandantes predicta omnia et singula perpetuo et inviolabiliter observari. Mandantes gubernatori generali ejusque vicesgerentibus, vicariis, bajulis, curiis, merinis, çalmedinis, supprajunctariis et aliis universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris omnium civitatum, villarum et locorum terre et dominationis nostre, quod dictas libertates, franquitates et immunitates, privilegia, constitutiones, consuetudines, concesiones, ordinationes et usus quibus actenus usi fuistis et utimini pro nunc teneant et observent et faciant ab omnibus perpetuo teneri et servari. Et, ut predic-

ta majori gaudeant firmitate, promittimus et juramus vobis per dominum Deum et crucem domini nostri Jesu Christi ac ejus sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, quod predicta omnia et singula tenebimus, complebimus et observabimus perpetuo et in aliquo non contrafaciemus tenerique et servari ab omnibus faciemus. Quicumque autem de officialibus et subditis nostris contra predictis vel aliquod predictorum venerit, iram et indignationem nostram, prius dampnapassis in duplo plenarie restitutis, et penam mille morabatinorum auri sine ullo remedio se noverit incurrisse; ipsa tamen pena nostro erario aplicetur. In cujus rei testimonium presentem cartam nostram fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam. Data Barchinone, die VIII.[a] martii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto regnique nostri primo. Franciscus Çacosta.

Signum *(signe reial)* Johannis, Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, qui hec laudamus, concedimus, firmamus et juramus.

Testes sunt: nobilis Eximinus Petri de Arenosio, Franciscus Çacosta, vicecancellarius, Dominicus Masconi, legum doctor, Petrus Çacosta, bajulus Cathalonie generalis et Bernardus de Ponte, legum doctor, dicti domini regis consiliarii.

Sig*(s. man.)*num mei Galcerandi de Ortigis, dicti domini regis prothonotarii regiaque auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem regiam, qui predictis omnibus interfui et hec scribi feci et cum raso et correcto

in lineis quarta, ubi dicitur: «Petrum abavum», et in quinta: «Alfonsum magnum patrum, Jacobum proavum», clausi.

Dominus rex mandavit mihi Galcerando de Ortigis, in cujus posse firmavit et juravit.[a]



## XI

1391, març, 1. — Saragossa.

*Joan I concedeix que, en substitució de les antigues reunions generals de tots els habitants de la vall de Querol, es faci elecció de vint prohoms que, juntament amb els cònsols, resolguin els afers de dita vall.*

*A*. Original perdut.

*B*. Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 1898 (abans: *Gratiarum 9 Joannis I)*, f. 184, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

*a*. Bofarull, *Colección de documentos inéditos del archivo general de la Corona de Aragón*, t. VIII, p. 333.

Nos Johanes, [Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie],[b] licet vos, consules et probi homines ac universitates locorum vallis de Querol, terre Ceritanie, pro tractandis et finiendis negotiis vobis in universum incumbentibus consueveritis omnes de dicta valle ad consilium pro majori parte vos generaliter congregare, quia tamen contingit multotiens et persepe quod propter rabiem procellarum et nivium, que importune et continue in valle eadem pro majori parte anni cujuslibet vigue-

[a] *A més d'aquesta fórmula hi havia en l'original la següent indicació:* In gratiarum primo. — [b] Nos Johannes, etc. *B*.

runt et vigent, omnes qui dicto consilio sive consiliis interesse debuerint seu ad ipsa consilia fuerint evocati in eisdem consiliis adesse nequeunt fortuna temporis impediti, ex quo vallis predicte negocia remanent quampluries pertractandi unde res publica vallis ipsius maximum suscipit nocumentum; eapropter, supplicato nobis humiliter pro vestri parte quod infrascriptam licentiam vobis concedere de benignitate regia dignaremur cum sit multum difficile propter adversitatem temporis supradictam omnes de dicta valle in quocumque consilio generaliter et continue interesse, ut negocia dicte vallis valeant salubrius perttractari nec illa cessare habeant pro premissis, vestris in hac parte supplicationibus favorabiliter inclinati, tenore presentis concedimus vobis et licentiam ac facultatem plenariam elargimus quod amodo, sine alicujus pene incursu, possitis et liceat vobis jamdictis consulibus, qui nunc estis et pro tempore fueritis, una cum viginti personis vel inde circa seu probis hominibus dicte vallis, juxta usum antiquum eligendis, pro tractandis, fiendis et finiendis quibuscumque negotiis dicte vallis, consilium quotiens opus fuerit tenere et celebrare. Que quidem viginti persone, que ad interessendum dictis consiliis electe fuerint possint et valeant, una vobiscum, omnia ea que in eisdem consiliis pertractanda extiterint et finienda pertractare et finire que ac prout et eis modo et forma quibus omnes de dicta valle, qui dictis consiliis interesse hactenus consueverant, pertractare poterant et finire. Mandantes expresse et de certa scientia gubernatori comitatuum Rossilionis et Ceritanie, vicario et judici ordinario Ceritanie necnon castellano et bajulo castri et vallis predicte aliisque officialibus et subditis nostris ad quos spectet ipsorumque officialium locatenentibus, sub nostre indignationis incursu ac pena quingentorum florenorum auri, quatenus licentiam nostram hujusmodi, quam ad nostri beneplaci-

tum tantum perdurare volumus et non ultra,[1] teneant firmiter et observent vosque eadem uti permittant et contra eam non veniant vel aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cujus rei testimonium presentem fieri et sigillo nostro pendenti jussimus comuniri. Data Cesarauguste prima die martii anno a Nativitate Domini M.º CCC.º nonagesimo primo regnique nostri quinto. Dominichus Mascho.

Guillelmus Gibelini, mandato domini regis facto per thesaurarium.



## XII

1391, març, 1. — Saragossa.

*Joan I concedeix als homes de la vall de Querol que, malgrat haver deixat de fer en el dia corresponent l'habitual elecció de cònsols de dita vall, puguin efectuar-la, excepcionalment, en altre dia, confirmant-els-hi la costum de fer-la anualment en la festa de l'Epifanía.*

*A.* Original perdut.
*B.* Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 1898 (abans: *Gratiarum 9 Joannis I),* f. 184, v. a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

*a.* Bofarull, *Colección de documentos inéditos del archivo general de la Corona de Aragón,* t. VIII, p. 335.

Nos Johannes, [Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie],[a] quia pro parte universitatum loco-

[a] Nos Johannes, etc. *B,*


[1] Si bé per aquesta clàusula hauria pogut tenir aquest privilegi caràcter temporal, no havem noticia de la revocació del mateix; estigué potser en vigencia indefinidament.

rum et proborum hominum vallis de Querol, terre Ceritanie, extitit nobis humiliter supplicatum quod licet vos ex consuetudine et usu in eadem valle, a maximo citra tempore antiquatis et observatis, facere, creare et eligere consueveritis et possitis tres probos homines in consules dicte vallis in festo videlicet Apparitionis Domini annuatim adveniente, tamen ipso festo Apparitionis Domini proxime lapso, in quo dicti vestri consules eligi et fieri debebant prout consuetum fuerat ut prefertur, vos, propter aliquam importunitatem, impedimentum seu forsan necessitatem, electionem sive creationem dictorum consulum vallis ipsius pro anno presenti fecistis minime seu facere nequivistis, immo, non facta electione dictorum consulum in proxime dicto festo sed lapso eodem et, importune vel necnon, ut premittitur sit ommissa, prohibitum vobis extitit et injunctum per castellanum et bajulum dicte vallis sub certa pena ne amodo ad electionem dictorum consulum procedere vel eam facere sine nostri licentia vos ullatenus curaretis, cujusquidem mandati et inhibitiones timore et hesitatione ne ob dictum abusum seu alias essetis dicta facultate, usu seu consuetudine dictorum consulum annue electionis privati vel possetis privari, electionem dictorum consulum absque nostri permissu facere vel ad eam procedere hesitastis, dignaremur vobis de nostri benignitate regia licentiam concedere supradictam. Quocirca nos, nolentes propterea virgam nostre correctionis contra vos protendere, ut forsan possemus, sed utilitatem ac comodum et conservationem vallis predicte et in eadem degentium prospicere potius cupientes attendentesque vallem eandem, que clavis et in confinibus regni nostri existit, sine consulibus et rectoribus prout consuetum est comode persistere non debere, vestris ad hoc supplicationibus favorabiliter inclinati, tenore presentis concedimus vobis universitatibus et probis hominibus vallis jamdicte et

plenam licentiam impertimur quod, abusu et aliis predictis non obstantibus nec obstantibus etiam mandato vel inhibitione per castellanum et bajulum vobis de non eligendo predictos consules seu electionem eorum non faciendo ut premittitur vobis vel aliquibus ex vobis facta, possitis et vobis liceat, sine alicujus pene incursu, amodo quando volueritis pro anno presenti consules vestros et jamdicte vallis facere, creare et eligere sicut et quemadmodum in dicto et proxime lapso festo Apparitionis Domini facere et eligere poteratis; et cum dicti consules pro anno presenti, hujus vigore, per vos facti fuerint et electi, habeantur acsi in dicto proxime lapso festo per vos facti fuissent etiam vel electi, lapsu dicti festi et omissione electionis predicte nullatenus obsistente. Nos enim propter omissionem et lapsum predictos, vel alia quacumque causa, usui et consuetudine vestris jamdictis, derogari vel prejudicari nolumus ullo modo vel ea vobis a cetero ad consequentiam trahi posse, immo ab inde vestros consules et dicte vallis facere et eligere possitis anno quolibet eis modo, forma et temporibus quibus ante lapsum ipsius festi seu premissorum eventum vigore dicti usus antiqui vobis erat licitum et permissum, jamdictis usu et consuetudine in dicta valle, diutius ut pretangitur observatis, in suo permanentibus robore et valore. Mandantes expresse et de certa scientia gubernatori comitatum Rossilionis et Ceritanie, vicario et judici ordinario Ceritanie necnon castellano et bajulo castri et vallis predicte aliisque officialibus et subditis nostris ad quos spectet ipsorumque officialium locatenentibus, sub nostre indignationis incursu et pena quingentorum florenorum auri, quatenus provisionem nostram hujusmodi firmiter teneant et observent vosque eadem uti permittant et contra eam non veniant vel aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Pro hujusmodi vero licentia et concessione confitemur a vobis habuisse

ducentos florenos auri de Aragonia, quos pro nobis fideli consiliario et thesaurario nostro Juliano Garrius tradidistis. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus sigillo nostro in pendenti munitam. Data Cesarauguste, prima die martii, anno a Nativitate Domini M.º CCC.º XCI.º regnique nostri quinto. Dominichus Mathoses.

Guillelmus Gebelini, mandato domini regis facto per thesaurarium.
Habuerunt eam pro visa dominus rex et thesaurarium.
Idem.



## XIII

1394, setembre, 4. — Barcelona.

*Joan I concedeix al batlle i prohoms de la vall de Querol que no puguin ésser punits per acollir als llençats de la pau i treva, si abans no se'ls hi ha comunicat amb document autèntic el nom i cognom d'aquests.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia, feta a l'ensems de l'original, en el registre 1908 (abans: *Gratiarum XIX Joannis I),* f. 99, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó. — *C*. Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III. [1]

Nos Johannes, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, vos fideles nostros bajulum et probos homines vallis de Querol terre Ceritanie in hac parte prossequentes fovorabiliter et ne pro subscriptis absque culpa puniamini vel fatigari quomodolibet valeatis, tenore presentis vobis dictis bajulo et probis hominibus, presenti-

[1] En el registre 4879, f. 111 v., a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

bus et futuris, concedimus quod pro receptatione vel sustentatione bannitorum vel ejectorum a pace et treuga per gubernatorem comitatuum Rossilionis et Ceritanie vel per vicarium Ceritanie et Baridani ac bajulum ville Podiiceritani qui nunc sunt vel pro tempore fuerint ac eorum locatenentibus seu quosvis alios officiales nostros universaliter vel particulariter non possitis puniri, impeti, demandari aut conveniri nec pena aliqua civili aut criminali condempnari nec alias in personis vel bonis aliquatenus molestari nisi prius vos dictus bajulus per litteras autenticas dictorum gubernatoris, vicarii et bajuli aut aliorum officialium qui dicta bannimenta et ejectionis a pace et treuga fecerint fueritis legittime certificatus, in quibus certificatoriis litteris nomina et cognomina bannitorum et ejectorum a pace et treuga distincte et specifice expressentur. Nos enim vos dictos bajulum et probos homines dicte vallis de Querol presentes et futuros ac quemlibet vestrum a quacumque pena civili et criminali que contra sustinentes bannitos vel a pace et treuga ejectos aut eis favorem vel consilium dantes infligi et a quacumque demanda et petitione que propter ea fieri possit quomodolibet seu moveri, nisi per dictum modum vos dictus bajulus fueritis certificatus de nominibus et cognominibus bannitorum [vel] a pace et treuga ejectorum per litteras antedictas, eximimus et exemptos ac quitios esse volumus et jubemus; sic tamen quod dicte littere certificatorie fieri et vobis dicto bajulo presentari habeant sumptibus dictorum hominum vallis de Querol, pro quibus sumptibus vos dictus bajulus executionem celerem quotiens casus occurrerit contra dictos homines facere habeatis. Et hec fieri et servari volumus de certa scientia, non obstantibus quibusvis curiarum stilis aut usibus hucusque in contrarium observatis. Et nichilominus vos dictos bajulum et probos homines dicte vallis de Querol favorabilius prosequentes, vos dictos bajulum et probos homines ac quemlibet vestrum ab

omni actione, questione, petitione et demanda omnique pena civili et criminali ac quavis alia que vobis vel aliquibus vestrum in universali vel particulari usque in diem presentem per nos vel quosvis officiales aut comissarios fieri, moveri aut infligi possit pretextu receptationis aut sustentationis quorumcumque bannitorum aut a pace et treuga ejectorum per nos vel quosvis officiales nostros, quantumcumque super hoc culpabiles fueritis, absolvimus quitiosque et immunes cum bonis vestris omnibus esse volumus et jubemus. Mandantes per eandem expresse et de certa scientia predictis gubernatori, vicario et bajulo ac aliis officialibus et comissariis nostris presentibus et futuris ad quos spectet eorumque locatenentibus, sub nostre ire et indignationis incursu ac pena mille florenorum auri, nostro erario irremissibiliter applicandorum, quatenus concessionem et absolutionem nostras hujusmodi firmiter teneant et observent ac teneri et observari faciant et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione, quinimo dictus vicarius et alii officiales omnes processus, executiones, bannimenta aut alia quevis enantamenta contra vos dictos bajulum et probos homines vel aliquos vestrum dicto pretextu factos, factas et facta, seu inceptos, inceptas et incepta, sola presentis hostensione deleant, cancellent et anullent ac deleri, cancellari et anullari faciant omniaque contra vos vel aliquos vestrum hac de causa innovata et attentata revocent et statum reducant protinus in primenum sicut nos ad cautelam delemus, cancellamus et anullamus ac ad primenum statum reducimus per presentem, eis et eorum cuilibet ad cautelam faciendi contrarium abdicantes omnimodam potestatem. Pro hujusmodi vero concessionem et absolutionem habituri sumus a vobis centum florenos auri de Aragonia quos vos dictus bajulus nobis certo termino solvere promisistis. In cujus rei testimonium hanc fieri et sigillo nostro pendenti jussimus comuniri. Data Barchinone quarta

die septembris, anno a Nativitate Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quarto regnique nostri octavo. Petrus Oltzina, vidit.

Dominus rex, presente thesaurario, mandavit mihi Bonanato Egidii. Habuit eam thesaurarius pro visa. Idem.[a]

## XIV

1399, mars, 17.—Saragossa.

*El rei Martí, a fi d'evitar la despoblació de la vall de Querol, proibeix que'ls homens d'ella siguin capturats per deutes.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 2170 (abans: *Commune sigilli secreti 5 Martini)*, f. 107, v°, — *C*. Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III.[1]

Martinus, Dei gratia rex Aragonum, Valentie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, dilectis et fidelibus gubernatori Rossilionis et Ceritanie, viccario et bajulo Podiiceritani ceterisque officialium locatenentibus qui nunc sunt vel fuerint pro tempore, salutem et dilectionem. Vigilantes sollicite circa deffensionem locorum nostri dominii et specialiter illorum qui in fronteria nobis rebellium exhistunt comperimus vallem, bajulie et recollecte castri de Querol et Turris Cerdane, quasi in confinibus comitatus Fuxensis sistentem, fore divitiis et gentibus quamplurimis diminutam, occasione rebellionis Mathei, comitis Fuxii, et ejus sequatium aggravavit in tantum quod homines vallis ejusdem nequaquam suficiunt nec suficere possunt ad custodiendum eandem ut

[a] *A més d'aquestes formules hi havia en l'original la següent indicació:* In XIX gratiarum.

[1] En el registre 4879, f. 235, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

decet, propter maximum ipsorum hominum et substantiarum suarum defectum; et ut novissime nobis intelligi fuit datum vos seu aliqui vestrum, animadvertentes minime ad irreparabilia damna que ex perditione dicte vallis sequi possent nobis et toti reipublice nostre, utilitatem privatam publice preferendo, ad sententiam nonnullorum creditorum dictorum hominum dicte vallis pretextu suorum debitorum ad captionem hominum eorundem procedatis seu procedere intendatis, cujus captionis timore ipsi homines fugiunt et sic dicta vallis remanet custodibus et deffensionibus destituta. Quamobrem, volentes premissis quale decet remedium adhibere, vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus expresse ad dictam sententiam, sub ire et indignationis nostre incursu ac pena mille florenorum auri, nostro applicandorum erario, ac privationis officiorum vobis comissorum, quatenus ad captionem dictorum hominum vel alicujus eorum pretextu quorumcumque debitorum minime procedatis nec per aliquem prossequi faciatis nec aliquas alias compulsas et executiones faciatis per quas opporteat dictos homines deserere dictam vallem. Data, sub nostro sigillo secreto, Cesarauguste, decima septima die martii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono. REX MARTINUS.

Johannes de Leytago, mandato regio facto per thesaurarium, qui hanc vidit.



## XV

1405, maig, 9. — Barcelona.

*El rei Martí, confirma tots els privilegis, llibertats i constitucions otorgats per sos predecessors a la vall de Querol.*

*A*. Original perdut.

*B*. Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original, en el registre 2202 (abans: *Gratiarum 14 Martini*), f. 18, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó. — *C*. Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III.[1]

In Dei nomine. Pateat universis quod nos Martinus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, de certa scientia deliberate etiam et consulte, per nos et omnes heredes et successores nostros quoscumque presentes pariter et futuros, laudamus, approbamus et in omnibus confirmamus vobis fideli nostro Petro Bonadona,

[1] En el registre 4879, f. 214, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó. — El rei Martí, a 6 de juny del mateix any 1405, va fer a la vall de Querol la següent concessió temporal, inclosa també, segles més tard, en la confirmació de Felip III : «Nos Martinus, etc. Cum ex valida et repenti inundatione aquarum, que his annis multis supervenientibus imbribus in partibus Ceritanie viguerunt, pontes et publica itinera terminorum vallis de Querol et Turris Cerdane sic fuerint ruhinose destructa quod nedum infesta et aspera sed etiam periculosa velut altis sociata rupibus et profundis vicina vallibus itinerantibus pateat via; tenore presentis, ad supplicationem pro parte vestri fidelium nostrorum consulum et proborum hominum universitatis et singularium locorum et terminorum predictorum, qui aliter sufficere ad reparandum hujusmodi pontes et itinera non valetis, concedimus vobis quod possitis per modum subsidii sive barre ab universis et singulis personis extraneis per dicta itinera atque pontes iter agentia, exceptis nostris domesticis et familiaribus ac consortis notre amantissime et primogeniti nostri precari, exhigere, petere et levare sive peti, exhigi facere et levari, videlicet a quolibet equitatore semel in die pro se et animali ac troterio, si contingat troterium ducere, unum denarium, et pro quolibet animali non onerato unum obolum, et ab unoquoque pedestri alium obulum Barchinone. Et si vobis videbitur, possitis hujusmodi jus subsidii, exhigendum ut superius est expressum, vendere, arrendare in encanto publico vel alias idque plus offerenti tradere in eodem. Et quicquid provenerit ex premissis teneamini mittere et convertere in repparationis itinerum et pontium predictorum; et proinde exacto tempore dicte barre reddere procuratori nostro in comitatibus Rossilionis et Ceritanie et de receptis et aliis predictis veram et legittimam rationem. Mandantes de certa scientia et expresse gubernatori et procuratori regio comitatuum jamdictorum, vicario Podiiceritani et Ceritanie necnon bajulo dicte vallis aliisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuris ad quos spectet et dictorum officialium locatenentibus, sub pena quingentorum florenorum auri, quatenus concessionem et licentiam nostram hujusmodi duraturas per quadriennium a die qua dicta barra imposita fuerit continue de cetero com-

nuncio, sindico et procuratori universitatis loci et vallis de Querol, terre Ceritanie, ad nos noviter misso pro faciendo nobis fidelitatem nomine universitatis dictorum loci et vallis et eorum singularium, ratione nostri [novi] dominii seu successionis, ac universitati dictorum loci et vallis et omnibus habitantibus in eisdem et eorum terminis, presentibus pariter et futuris perpetuo, omnes libertates, privilegia et constitutiones factas et concessas vobis et antecessoribus vestris habitatoribus loci et vallis de Querol et universitati

putandum teneant efficaciter et observent et faciant memorati officiales et locatenentes eorundem per quos expediat observari et contra non faciant aut veniant quavis causa. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus pendenti nostro sigillo munitam. Data Barchinone, sexta die junii, anno a Nativitate Domini M° CCCC° quinto regnique nostri decimo. Sperendeus. — Bartholomeus Gras, mandato regio facto per vicecancellarium ad relationem thesaurarii qui eam vidit.» (Arxiu de la Corona d'Aragó, registre 2202, f. 29 v.°). Anys després, el rei Alfons IV, en 1428 (9 de febrer) va atorgar a la vall de Querol concessió anàloga, la qual es de la tenor següent : «Nos Alfonsus, etc. Considerantes quod pro discriminibus generalibusque incomodis penitus evitandis que incedentibus per terminum et vallem de Querol ex aquarum inundationibus tempore pluviali hactenus sequebantur, quarum decursus publica itenera devastabat claudens plurimum iter agentibus aditum et regressum, vos universitatem et singulares dicte vallis, tam pro construendo et tenendo in condirecto duos pontes in dicta valle existentes, qui ruinam nimis notam omnino comminatur, in quibus itinerantibus et per eosdem transeuntibus securus transitus preparetur, quos quidem pontes, ut sit opus stabile et perpetuum, deliberastis facere et construere de lapidibus et scemento, et tam in constructione viarum et itinerum predictorum quam etiam tempore jemali in erectione et reparatione mollonum vallis ejusdem in portu, ubi premultitudine nivium dicto tempore ibidem decadentium gentes plurime atque animalia pereunt aliquando, opportuit et opportet plurimas subire expensas que cum per vos qui estis in numero satis pauci nequeant suportari; ideo nobis humiliter suplicastis ut pro quantitatibus peccunie ipsis operibus necessariis, tam pro presenti quam tempore futuro, subsidium sive barram ordinare vobisque super contentis inferius liberam facultatem concedere de benignitate regia dignaremur. Nos vero, ex causis predictis hujusmodi suplicationi benignius inclinati, presentium tenore vobis eidem universitati et singularibus de eadem presentibus et futuris ducimus largiendum quod licite et impune per modum subsidii sive barre possitis et valeatis ab universis et singulis extraneis venientibus seu intrantibus dictam vallem seu locum de Querol et ab inde recedentibus petere, exhigere et levare seu peti, exhigi et levari facere et colligere, per consules tamen dicte vallis seu ab eis deputandum seu deputandos qui nunc sunt vel fuerint pro tempore, videlicet a quolibet equitante semel in die pro se et suo animali ac troterio, si troterium

eorundem per clare memorie Raymundum Berengarii, comitem Barchinone, et per illustrissimos dominos regem Ildefonsum primum, filium dicti comitis Raymundi, Jacobum, atavum, Petrum, abavum, Jacobum, proavum, Alfonsum, avum, et Petrum, patrem, nostros predecessores, et eorum quemlibet, memorie gloriose, ac per nos et illustrem Mariam, carissimam nostram consortem et locumtenentem etiam generalem, prout in instrumentis et privilegiis inde factis plenius continetur; item, omnes consuetudi-

ducere contingat sive non, unum denarium, et a quolibet incedente pedes unum obolum Barchinone, et a quolibet etiam animali onerato, computato ipsum ducente, unum denarium, et pro aliis quibuscumque animalibus grossis et non oneratis transeuntibus inde ratione mercature unum denarium pro quolibet animali, et pro quolibet porcorum centenario duodecim denarios, et pro quolibet ceterorum animalium minutorum centenario sex denarios Barchinone. Super quibus et predictis omnibus et singulis sic exequendis vobis dicte universitati et singularibus dicte vallis plenariam ut predicitur conferimus auctoritatem et liberam facultatem serie cum presenti; volumus tamen et expresse declaramus quod quidquid exactum, collectum et habitum fuerit de predictis ratione preexpressa convertatur per vos et converti habeant in operibus prenarratis. Si quid vero, factis dictis operibus, supererit illud quantumcumque sit, ex potestate quam vobis conferimus cum presenti convertatur in reparatione castrorum existentium in dicta valle et non in alios quosvis usus; de quibus quidem quantitatibus a dictis barra sive subsidio proventuris procuratori nostro regio comitatuum Rossilionis et Ceritanie vel ejus locumtenenti in villa de Puigcerda residenti pro missionibus emercandis de biennio in biennium compotum teneamini reddere et rationem. Presentem vero concessionem per viginti annos dumtaxat a die qua inceptum fuerit per vos dictam barram sive subsidium exhigi et levari in antea continue sequturos durare volumus et non ultra. Mandantes per hanc eandem gubernatori nostro generali ejusque vices gerentibus ceterisque universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris et eorum locatenentibus quatenus concessionem et licentiam nostras hujusmodi per tempus superius prenotatum teneant firmiter et observent tenerique et observari faciant ab omnibus inconcusse et non contraveniant nec aliquem contrafacere vel venire permittant aliqua ratione seu causa. Excludimus tamen ab hujusmodi licentia et concessione familiares et domesticos nostros et illustris regine consortis nostre carissime ac primogeniti regni Aragonum et ejus consortis, quos in hujusmodi concessione modo aliquo volumus comprehendi. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro comuni sigillo in pendenti munitam. Data Turolii, die nona februarii, anno a Nativitate Domini M.º CCCCº XXVIIIº regnique nostri XIII. Pelegri. — Garcias Martini, mandato regio facto per vicecancellarium; et vidit eam thesaurarius.» (Arxiu de la Corona d'Aragó, registre 2594, f. 101.)

nes et usus locis et vallis eorundem, prout eis ipsi locus et vallis melius et plenius usi fuerunt et utuntur hodie. Item, confirmamus, laudamus et approbamus omnes concessiones non continentes alienationem in prejudicium nostri et regnorum et terrarum nostrarum universitati loci et vallis predictorum factas per illustrem regem Johannem, fratrem et predecessorem nostrum, recordationis felicis, prout in instrumentis et privilegiis inde factis plenius continetur et prout eis ipsi locus et vallis melius et plenius usi fuerunt. Volentes, statuentes et ordinantes omnia et singula supradicta perpetuo et inviolabiliter observari. Et jubemus, hujusmodi serie, gubernatori generali ejusque vices gerentibus, vicario et bajulo et aliis officialibus loci et vallis de Querol, necnon vicariis, bajulis, curiis, merinis, çalmedinis, suprajunctariis aliisque universis et singulis officialibus nostris et subditis presentibus et futuris omnium civitatum, villarum et locorum terre et dominationis nostre, quod dictas privilegia, libertates, constitutiones, consuetudines et usus quibus et prout melius dicti locus et vallis usi fuerunt et utuntur hodie, ut prefertur, teneant et observent et faciant ab omnibus teneri et observari perpetuo. Et, ut predicta omnia et singula majori gaudeant firmitate, promittimus et juramus vobis per Deum et crucem domini nostri Jhesu Christi et ejus sancta quatuor Evangelia, corporaliter per nos tacta, quod predicta omnia et singula tenebimus, complebimus et observabimus perpetuo et in aliquo non contraveniemus tenerique et servari ab omnibus faciemus. Quicumque autem de officialibus nostris vel subditis contra predicta vel predictorum aliquod venerit, iram et indignationem nostram ac penam mille morabatinorum auri, nostro applicandorum erario, absque spe venie alicujus se noverit incursurum, damnis illatis in duplo prius plenarie restitutis. In cujus rei testimonium presentem cartam fieri et magestatis nos-


tre sigillo pendenti jussimus comuniri. Data Barchinone, nona die madii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinto regnique nostri decimo. Sperendeus.

Signum *(signe reial)* Martini, Dei gratia regis Aragonum, Valencie Majoricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie.

Testes sunt: Johannes, episcopus Barchinone, Johannes, comes Cardone, Bernardus de Capraria, comes de Mohac, Geraldus Alamanni de Cervilione et Petrus Torrelles, milites, consiliarii et camerlengi.

Sig*(s. man.)*num Raymundi de Cumbis, dicti domini regis prothonotarii, qui de mandato ipsius hec scribi fecit et clausit. Corrigitur tamen in lineis .VIII. : «et», et in IX.ª: «illustrem dominum regem», et in X.ª : «et utuntur volentes».

Dominus rex mandavit mihi Raymundo de Cumbis, in cujus posse firmavit et juravit; et fuit visa per Petrum de Berga, cui fuit comissum.



## XVI

1493, setembre, 25.—Perpinyà.

*Ferran II, a intancia dels homes de la vall de Querol, confirma els privilegis, llibertats i franqueses que'ls hi havien concedit sos predecessors.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia, feta a l'ensems de l'expedició de l'original en el registre 3552 (abans: *Gratiarum 8 Ferdinandi II)*, f. 8, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó. — *C*. Transcripció inclosa en la confirmació de Felip III.[1]

[1] En el registre 4879, f. 231, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

Nos Ferdinandus, Dei gra ia rex Castelle, Aragonum, Legionis, Sicilie, Granate, Toleti, Valencie, Gallicie, Majoricarum, Hispalis, Sardinie, Cordube, Corsice, Murcie, Giennis, Algarbii, Algezire, Gibraltaris et insularum Canarie, comes Barchinone, dominus Vizcaye et Moline, dux Athenarum et Neopatrie, comes Rossilionis et Ceritanie, marchio Oristanni et Gociani, humilimis supplicationibus majestati nostre reverenter efusis, per vos dilectos et fideles nostros consules, probos homines et universitatem ville et vallis nostre de Querol et seu vestri pro parte per sindicos ad serenitatem nostram per vos destinatos benigniter inclinati prospectisque fidelitate affectione et servitiis illustrissimis regibus Aragonum, predecessoribus nostris dive recordationis, in utriusque fortune successibus per vos et dictam universitatem nimia devotione prestitis et impensis, equum propterea censentes atque justum ut erga vos et eandem villam et vallem provi reddamur atque liberales, tenore igitur presentis scienter et consulto omnia et quevis privilegia, libertates, immunitates et indulta per serenissimos retroprincipes reges Aragonum, genitorem, proavos et predecessores nostros, divi recordii, et quemlibet eorum quomodolibet dicte universitati concessas et concessa, quorum quarumcumque tenores presentibus pro insertis et repetitis penitus haberi volumus et habemus per inde ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, sic videlicet et prout eisdem melius et plenius usque ad annum millesimum quadringentesimum sexagesimum inclusive[1] usi fuistis et estis et seu universitas ipsa usa fuit

[1] En temps de l'alsament de Catalunya contra Joan II (1461 a 1473) els de Querol havien enviat al rei de Fransa Lluis XI un delegat, Guillem Urus, juntament amb altres de Puigcercdà i de diversos llocs de Cerdanya, obtenint d'aquell monarca la confirmació de llurs respectius privilegis i costums amb el següent acte, datat a Limoges, juliol de 1463 (del qual en devem la copia a la bona amistat del distingit bibliotecari de la vila de Perpinyà M. Pere Vidal): «Loys, par la grace de Dieu roy de France, savoir faisons a tous presens et a

et est, laudamus, approbamus, ratifficamus et confirmamus muninime seu presidio roboramus et validamus. Serenissimo propterea Joanni, principi Asturiarum et Gerunde, primogenito et gubernatori generali nostro carissimo ac in omnibus regnis et terris nostris, post felices et longevos dies nostros, immediato heredi et legittimo successori, intentum nostrum aperientes, sub paterne benedictionis obtentu dicimus, gerenti vero vices nostri generalis gubernatoris et procuratori regio in comitatibus Rossilionis et Ceritanie, necnon vicariis, bajulis, subvicariis, alcaydis, consulibus, algutziriis, portariis ceterisque demum universis et singulis officialibus nostris et judicibus in dictis comitatibus constitutis et constituendis dictorumque officialium

venir que comme en faisans la reduction en nostre obeissance de la ville de Puissardan par nos amez et feaulx conseillers et chambellans Jehan de Salezart, chevalier de Saint Just, nostre lieutenant ou comte de Sardaigne, Arnault de Miglos, aussi chevalier et nostre seneschal de Carcassonne, et autres gens, cappitaines et chiefz de guerre estans de par nous ou dit pais, ait este acorde entre autres choses aux consulz et habitans de la dite ville de Puissardan de faire avoir de nous confirmation des privileges d'icelle ville de Puissardan a eulx donnez par les roys d'Arragon et de Mallorque, seigneurs des comtes de Roussillon et de Sardaigne, desquelz ilz ont par cy devant joy et use. Et premierement sur le gouvernement et regime de la ville de Puissardan, tant sur l'eleccion des consuls juratz suprapose des draps tixers de layne que autres suprapousez et chiefz des mestiers et officiers de la dite ville. Item, de metre sus les imposicions et autres droiz en la dite ville pour paier les creanciers et supporter les autres charges et affaires qui chacun jour peuvent subvenir ainsi comme par cy devant ont acostume. Item, le privilege et provisions octroiez a la dite ville touchant l'office de mostassaff. Item, la deffense acoustume de faire par les consulz de la dite ville a ce que par quelque personne que ce soit le ble de la comte de Sardaigne ne soit tire ne mis hors du dit pais sans le congit et consentement d'iceulx consulz. Item, le privilege, us et coustume de la decision avec le conseil de preudes hommes des questions, [et] debats des moinres contractz sommairement et de plain. Item, que le gouverneur de Roussillon ne use d'aucune juridiccion civile ou criminelle sur les hommes et habitans de la dite ville sinon a la requeste des consulz d'icelle ville et que la cognoissance et juridiccion en premiere instance en apparteigne au viguier de Sardaigne et au bailli de Puissardan. Item, que nul homme de la ville de Puissardan pour crime, se la peine du crime ne requiert mort ou mutilacion de membre, ne soit detenu en prison tant quil veuille bailler plages d'ester a droit. Item, les privileges octroiez aux presuppousez des mestiers de drapperie, texiers et

locumtenentibus presentibus et futuris precipimus et jubemus sub incursu nostre indignationis et ire penaque florenorum auri Aragonum mille, quod nostram hujusmodi ratiffìcationem, approbationem, laudationem et confirmationem ac omnia et singula in presenti carta nostra contenta teneant firmiter et observent tenerique et observari inviolabiliter faciant per quoscumque et non contra faciant vel veniant nec aliquem contra facere vel venire permittant ratione aliqua sive causa, pro quanto dictus serenissimus princeps, filius noster carisimus, nobis obedire, ceteri vero preter ire et indignationis nostre incursum preapositam penam cupiunt non subire. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro comuni sigillo

autres chiefz de mestiers sur la cognoissance et decision des questions et debats mouvans en leurs mestiers. Item, que le roy se contente de ses rentes, reveneus, droiz et devoirs acostumez et qu'il ne impose taille ne queste sur les hommes de la dite ville ne autre tren ou dirit nouveau; et sur ce tiegne et observe les franchises et libertez octroiez a la dite ville par les roys passez. Item, le privilege de l'estometuye publique de la dite ville pour en joir par la dite universite ainsi qu'elle fait par cy devant. Et generalement octroier ausdits consulz et habitans de Puissardan tous les privileges utilz et honnestes de la dite ville et singulas d'icelle, usages et louables coutumes desquelles l'universite de Puissardan et singuliers d'icelle ont justement use. — Et soit ainsi que maistre Thomas de Masandreu, licencie en decret, Antoine Mercadier, consul de Puissardan, Lluys Caselles, lieutenant du procureur royal, B. Vaquier Puch, bachelier en decret, Johan Solanel l'aisne et Raymon Storce, sindichs et ambassadeurs de la ville de Puissardan, B. Variguier Puch pour Arseguel, Bartholomeu Pales pour Belver, Johan Montanier pour Bar, Johan Solanel le jeune pour Aristot, et Guillem Urus pour Queroll soient venuz par devers nous en la ville de Limoges, ou estions lors, nous rendre l'obeissance de la dite ville de Puissardan et de plusieurs autres places, villes et lieux du pais de Sardaigne qui encore n'estoient a nous reduiz; et en la capelle de Mos.[r] Saint Marsal et sur le peril et dampnament de leurs ames d'estre bons et layaulx subgez et vrais obeissans au roy et a la couronne de France, en nous suppliens et requerant que les privileges dessus declairez et aussi ceulx des dites places et lieux reduiz par leur moien, en faisant la composicion de la dite ville, a eulx donnez et octroyez par les roys d Aragon, seigneurs de la dite comte de Sardaigne et dont ilz ont joy et use, leur voulsissions confirmer et sur ce leur impartir nostre grace. Nous, ayans consideracion aux choses desus dites et aux promeses qui'lz dient leur avoir este faites par nos dits conseillers et autres en faisant la reduccion de la dite ville aux dits consulz et habitans de la dite ville et autres places

in pendenti munitam. Data in oppido ville Perpiniani, die vigesimaquinta mensis septembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonogesimo tertio regnorumque nostrorum videlicet Sicilie anno vicesimo sexto, Castelle et Legionis vicesimo, Aragonum et aliorum quintodecimo, Granate autem secundo. YO EL REY.

Vidit Albanell, regens. Vidit generalis thesaurarius. Vidit Bernat Ferrer, pro conservatori generali.

Dominus rex mandavit mihi Johanni de Coloma, visa per Albanell regentem cancellariam generalem, thesaurarium et B. Ferrer pro conservatori generali.[a]

[a] *A més d'aquestes fórmules hi havia en l'original la següent indicació*: In diversorum octavo.

et lieux mis en nostre obeissance par leur demoren en faisant la reduction de la dite ville, avons octroye, consenti et accorde, octroyons, accordons et consentons de grace special plaine puissance et auctorite royal par ces presentes qu'ilz joissent et usent des privileges, us et coustumes dessus declarez et autres a eulx donnez et octroyez par les roys d Arragon dont ilz ont deuement et justement joy et use. Si donnons en mandement par ces mesmes presentes a nos amez et feaulx conseillers les gens tenants et qui tiendront nostre Parlement a Parpignen, aux gouverneurs de Roussillon et de Sardaigne, veguiers de Sardaigne et du val de Ribes, baille de Puissardan et a tous noz autres justiciers et officiers ou a leurs lieux tenans et a chacun d'eulx, si comme a luy appartiendra, que de nos presents grace, octroy et consentement facent, soufrent et laissent les dits consulz, manans et habitans de Puissardan et autres lieux dessus declairez, joir et user paisiblement sans leur faire metre ou donner ne souffrir estre fait, mis ou donne aucun ampeschement, au contraire lequel, se fait mis ou donne estoit, mettez ou faites metre a plaine deliurance et au premier estat et deu, car ainsi le voulons et nous plaist estre fait. Et a fin que ce soit chose ferme et stable a tous jours, Nous avons fait metre nostre seel a ces presentes, sauf en autres choses nostre droit et l'autruy en toutes. Et pour ce que de ces presentes on pourra avoir a faire en plusieurs lieux, Nous voulons que au vidimus d'icelles fait soubz seel reial foy soit adjoustee comme a ce present original. Donne a Limoges ou moys de juillet, l'an de grace mil .cccc. soixante et troys, et de nostre regne le second. Visa. — Par le roy vous les S. de Prye et Dulau maistre George Hanart et plusieurs autres presents. Rolant.» (Arxiu dels Pirineus Orientals, B. 292, f. 120 v., antigament *Régistre XXVI de la Procuració real.)*

# APÈNDIX

## 1

1297, maig, 21. — Coll de Puymorens.

*Sentencia arbitral donada per Ramón de Pallerols, veguer de Rosselló i Cerdanya en una qüestió entre els homes de la vall de Querol i els de la vila de Puigcerdà, sobre pastures, boscos, aigües i termens.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia en el Llibre antic de privilegis de la vila de Puigcerdà,[1] f. 21 v.º, doc. 23; a l'Arxiu municipal de Puigcerdà. — *C*. Copia en altre llibre, transcripció coetania de l'anterior, conservat en el mateix Arxiu.

Pateat universis quod cum contentio esset seu controversia inter homines vallis de Cherol, ex una parte, et homines ville Podiicerdani, ex altera, super pasturis, nemoribus, aquis, pascuis, terminis et proprietate, et super eisdem contentione et controversia cause inter dictas partes essent ducte, tandem dicte partes assectantes predictam contentionem et controversiam ad bonum pacis et ad concordiam reducere et ad amicabilem compositionem venire, post multos tractatus Petrus Jover et Bernardus de Sauch, consiliarii ville Podiicerdani, nomine suo et nomine totius universitatis ville Podiicerdani, ex una parte, et Bernardus Olobde de Cortvassil et G. Sau-

[1] Fou escrit per Mateu d'Oliana, de Puigcerdà, a precs dels cónsols de dita vila, en l'any de 1298.

rina de Cherol, consiliarii vallis de Cherol, nomine totius universitatis hominum vallis de Cherol, ex altera, compromisserunt in Andream den March, Bernardum de Isogol et G. de Isogol et G. de Isavals de Podiocerdano et in Petrum Borrel de Cherol et Bernardum Guillelmi de Riautes et Bertholomeum Traper de Cherol et Petrum Borrel de Turri, tamquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, in Raymundum de Payllerols, vicarium Ceritanie et bajulum Podiicerdani, tamquam in tertium et superiorem, a dictis partibus comuniter electos, sub pena duorum milium solidorum malgoriensium ad invicem eisdem partibus et dictis arbitris et tertio superiori per stipulationem premissam, stare dicto, cognitioni et arbitrio dictorum arbitrorum vel dicti tertii, si dicti arbitri concordare non possent, sive de jure fuerit consilio vel voluntate, super omnibus questionibus, petitionibus, controversiis et demandis quas utraque pars predictarum partium contra alteram habet, movet vel movere intendit ratione pasturarum, nemorum, aquarum, terminorum, usus et proprietatis vel alia ratione; promittentes dicte partes comparere coram dictis arbitris et dicto tertio omnibus diebus et horis predictos arbitros vel majorem partem eorum vel dictum tertium, feriatis vel non feriatis, eis assignatis vel assignandis et omnibus locis publicis et privatis, et in posse ipsorum arbitrorum vel dicti tertii tornare pignora tenenti et sufficienti ad dictam penam quandocumque et quotiescumque vellent. Volentes insuper [quod] dicti arbitri vel major pars eorum vel dictus tertius, si dicti arbitri concordare non possent, super predictis possent dicere, determinare et componere, sive fuerit de jure consilio vel voluntate, omnibus diebus et horis feriatis vel non feriatis et in omnibus locis ipsis citatis vel non citatis, presentibus vel absentibus, et quidquid per dictos arbitros vel majorem partem eorum vel dicti tertii, si

dicti arbitri super predictis concordare non possent dictis, fuerit cognitum, determinatum, arbitratum et compositum, sive de jure fuerit consilio vel voluntate, utraque pars ratum promissit habere et facere haberi perpetuo atque firmum; et quod si aliqua dictarum partium hec facere noluerit incurrat dictam penam, cujus pene medietas applicetur obedienti et adquiescenti et volenti et altera medietas illustrissimo domino regi Majorice; et quod dicti arbitri vel tertius predictus dent et tradant dicta pignora pro dicta pena partis non adquiescentis arbitrio eorum parti adquiescenti; et quod ipsa pena, soluta vel non soluta, nichilominus arbitrium, dictum et pronuntiatio dictorum arbitrorum vel majoris partis eorum vel dicti tertii, si dicti arbitri concordare non possent, valeant perpetuo et revocari non possint; et quod si forte aliqua in predictis essent ambigua vel obscura que interpretatione indigeant, illa omnia possint declarare dicti arbitri et dictus tertius ad bonum et sanum intellectum; obligando pro dicta pena utraque pars alteri ad invicem et dictis arbitris et dicto tertio omnia bona dictarum universitatum, ubique sint. Prefingentes partes predicte sibi terminum a die qua dictum compromissum fuerit factum usque ad festum Pentecostes proxime veniens, infra quod terminum dicti arbitri vel major pars eorum vel dictus tertius, si dicti arbitri concordare non possent, pronunciaverit et cognoverit, arbitrium eorum tulerunt super predictis, ut hec omnia et singula instrumento publico dicti compromissi facto in scribania publica Podiicerdani .XIII. kalendis frebruarii, anno Domini M.ºCC.ºXC.º VI.º plenius et latius continentur. Et cum propter nivem que erat in portibus, pasturis sive locis de quibus dicte questiones et controversie sunt, dicti arbitri et dictus tertius et partes predicte non possent ad dictos portus, pasturas sive loca ire vel accedere causa videndi dicta

loca, pasturas sive portus ad oculum et determinandi super predictis contentionibus et controversiis tempore predicto quo dictum compromissum fuit factum, cum necessarium esset videndi primo ad oculum loca de quibus est controversia et quamvis inter partes antequam ad aliud procederetur, fuit dies assignata per dictos arbitros et dictum tertium dictis partibus ad diem sabbati primam ante festum Ascensionis Domini, qua computabatur XIV kalendas junii anno Domini M.º CC.º XC.º VII.º, et locus apud Porteam causa videndi ad oculum loca dictarum contentionum et determinandi et cognoscendi et procedendi super premissis. Qua die comparuerunt Petrus Solaz, Petrus de Prato, Berengarius Gaamir, nunc conciliarii ville Podiiceritani, nomine suo et nomine totius universitatis ville Podiicerdani, ex una parte, [et] comparuerunt Bernardus Olobde de Cortvassil et Guillelmus Saurina de Cherol, consiliarii vallis de Cherol, nomine suo et nomine totius universitatis dicte vallis de Cherol, ex altera, coram dictis arbitris et dicto tertio apud Porteam et illa die omnes in simul, tam ipse partes quam arbitri et tertius predicti, viderunt aliquam partem locorum dictarum contentionum ad oculum; et cum omnia loca dictarum contentionum non possent illa die videri ad oculum, fuit dies assignata eisdem partibus proxime dictis ad idem quo supra de voluntate earumdem partium ad diem dominicam sequentem. Qua die partes proxime dicte comparuerunt coram dictis arbitris et dicto tertio et sic omnes in simul accesserunt ad collum de Pimorent, et dicti arbitri et dictus tertius simul cum eisdem partibus viderunt ad oculum alia loca residua dictarum contentionum que nondum viderant rationibus supradictis; et dicti arbitri et dictus tertius, visis dictis paschuis, pasturis et locis de quibus erant dicte contentiones et controversie, tractaverunt de compositione inter partes supradictas et

hiis peractis assignaverunt diem eisdem partibus ad idem quo supra ad diem lune crastinam et locum in collo de Pimorent. Ad quam diem et locum partes proxime dicte comparuerunt coram dictis arbitris et dicto tertio; et cum dicti arbitri non possent concordare vel convenire super dictis questionibus, petitionibus, controversiis et demandis et essent contrarii ad invicem inter se, ego Raymundus de Payllerols, tertius et superior predictus, videns contrarietates et discordiam dictorum arbitrorum, in defectu eorumdem arbitrorum propter eorum discordiam et inconvenientiam, volens partes ad concordiam reducere et dictas controversias pro bono pacis terminare, visa et inspecta sive lecta sententia sive pronunciatione qua Bernardus Balester, quondam judex Ceritanie, tulerat, in qua pronunciavit hominibus Podiicerdani usum et possessionem inmitendi sua bestiaria in portu et paschuis supradictis et in omnibus aliis locis ejusdem portus et circuitus ejusdem et dicte vallis, exceptis tribus devesiis que invente fuerant esse hominum dicte vallis de Cherol, scilicet una que vocatur Campcardos et illa costa que est super cortalia de Portea a quodam magno saxo lapidum sito quasi in coma de Pimorent usque ad comam de Comajovan et alia costa que est ex una parte dicte vallis sicut dirigit sumitas usque ad villarium de Salit, ut in eadem sententia plenius et latius continetur, viso etiam instrumento pronunciationis quam Arnaldus Amyll de Podiocerdano et Bernardus Amyll de Cherol fecerunt de supradictis paschuis et portu sive locis et visa sententia lata per discretum virum dominum Arnallum Bajuli, judicem illustrissimi domini regis Majorice, super causa que vertebatur inter dictas partes sive universitates super dictis paschuis, in qua dictus dominus Arnaldus Bajuli dixit et pronunciavit quod propter dictam suam pronunciationem nolebat nec intendebat pre-

judicium generari juri alteri utriusque partis si quod eis competit ratione dicte pronuntiationis olim facte inter partes predictas Arnaldus Amyl et Bernardus Amyl et alterius pronunciationis olim facte similiter inter easdem partes per Bernardum Balester, condam judicem Ceritanie, prout in instrumentis ipsarum pronunciationum latius continetur, prout hec in pronunciatione dicti domini Arnaldi Bajuli continetur, visis et auditis rationibus et defensionibus utriusque partis, habita plenaria deliberatione, Deum habendo preoculis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Auctoritate et potestate mihi data a dictis partibus pronuncio, sub dicta pena, partibus proxime dictis et arbitris predictis presentibus, in hunc modum: ¶ Et primo dico et pronuncio, sub dicta pena, quod § 1
homines ville Podiicerdani et vallis de Cherol habeant comuniter in perpetuum usum et ademprivum inmitendi et tenendi ac pascendi bestiaria sua et faciendi jagudas et cortalia ad bestiaria eorum in omnibus illis locis sive paschuis qui sunt de collo de Ortels sicut est de via insuper que vocatur dels Ortels usque ad torrentem d'Aynuyls et de ipso torrente d'Anuyls in super usque ad flumen Aravonis et de flumine Aravonis usque ad locum vocatum Tarter et de ipso loco vocato Tarter insuper a parte baga per omnia montanea et paschua et de Quer de la Legunela et de serra illius Quer que descendit usque ad flumen Aravonis insuper et de serrato de la Tarva usque ad Thosetam dez forn insuper et de ipsa Thoseta dez forn usque ad Grael de Pratsobira insuper et de dicto loco del Grael de Pratsobira insuper usque ad Rocs de les blanchs e de les Roches de les blanchs insuper usque ad Tor de Mataplana et de ipso Tor de Mataplana sicut descendit per serram inferius usque ad petram signatam et usque ad tarterium petrarum colli de Pimorent et per totum quidquid includitur et est infra afrontationes et

terminos subscriptos, scilicet de dicto tarterio colli de Pimorent usque ad viam colli de Pimorent sicut descendit ipsa via versus Porteam usque ad serradellum de la Crou et de ipsa via et de dicto serradello de la Crou usque ad rivum de Vallobera et de rivo predicto de Vallobera sicut descendit per serram sive per collum de la Legunela usque ad portellam de Valserra et sicut serra dividit et dirigitur per eandem serram usque ad collum de les Comfoses sicut aque versant ex qualibet parte in valle vocata de la Leguna et in torrente sive rivo de Vallobera et per omnia paschua sive pasturas de Riucau et de dicto torrente sive rivo de Vallobera usque ad Pontem cerda et usque ad aquam de la Casa sicut dividuntur termini Ceritanie in ipsis partibus cum nobile comite Fuxensi et per totum bachum come de Pimorent sicut aque versant usque ad rivum de Auriola et in paschuis et pasturis sive locis loci vocati Comapregona ut includuntur infra terminos et afrontationes subscriptos; similiter de Podio de Coma calda usque ad serratum capitis inferioris Plane d'oladura et de ipso serrato sicut descendit per serram inferius usque ad parietem regis sicut aque versant usque ad dictum parietem et sic dirigitur per ipsum parietem regis qui ascendit usque ad serratum del Tor et postea de ipso pariete insuper ut dirigitur per serram sicut aque versant. Retineo tamen hominibus vallis de Cherol pro devesia sua propria totum solanum come de Pimorent sicut aque versant usque ad dictum rivum de Auriola et sicut dirigitur per serram de Podio Savartes inferius usque ad Chercroat et de Chercroat sicut est de via superiori insuper usque ad rocham de Laviners et dicta via superiori; et de dicta rocha de Laviners inferius sit ademprivum comuniter hominum Podiiceritani et vallis de Cherol. Et omnia predicta loca, pasturas et paschua superius contenta et terminata adjudico hominibus Po-

diicerdani et suis et hominibus vallis de Cherol et suis esse et debere esse in perpetuum comuniter de usu et ademprivo eorumdem hominum Podiicerdani et vallis de Cherol et suorum et bestiariorum ut superius continentur, excepto dicto solano Come de Pimorent quod superius retinui dictis hominibus vallis de Cherol pro devesia sua propria ut superius est terminatus. In omnibus aliis vero locis et paschuis dicte vallis de Cherol dicti homines de Podiiceritani non habeant usum vel ademprivum ad bestiaria eorum nec sint ausi inmitere bestiaria sua ibi, nisi in dictis locis, paschuis et pasturis eis et dictis hominibus vallis de Cherol superius per me comuniter adjudicatis; salvo tamen et retento hominibus Podiicerdani et bestiariis eorum passagio in dicta valle de Cherol et paschuis ejus sive locis ut illud consueverunt habere per ipsa loca et paschua ipsius vallis de Cherol eundo vel veniendo ad pasturas predictas eis et hominibus dicte vallis de Cherol comuniter superius adjudicatas per me et exeundo de eisdem cum bestiariis suis prout consuetum est fieri. ¶ Item, dico et pronuncio § 11
quod si homines vallis de Cherol siccaverint erbam vel fecerint siccari in aliquo loco pasturis sive paschuis infra dicta paschua et loca eisdem hominibus et hominibus Podiicerdani per me comuniter adjudicata, quod dictam erbam possint dicti homines vallis de Cherol vel illi qui pro eis illam secaverint dispergere et siccare ibi et tenere illam pro quinque dies tantum continue sequentes postquam fuerit siccata, et non minus clare et ultra modum solitum dispergant dictam erbam, ymmo illam dispergant more solito et infra illos quinque dies elevent dictam erbam et extraant inde, et infra dictos quinque dies homines Podiicerdani et bestiaria eorum nullum dapnum sive dapna inferant dicte erbe siccate, et si aliqua garda sive garde bestiaria hominum Podiiceritani dapnum sive

dapna dederint dicte erbe siccate, intrando in eadem erba vel illam pascendo, consumando vel aliter male tractando infra dictos quinque dies sine voluntate illius cujus est dicta erba, quelibet garda predictarum gardarum que hoc dapnum dederit dicte erbe incurrat pro qualibet vice et solvat penam XII. denarii Barchinone et de illa pena habeat medietatem bajulus de Cherol et aliam medietatem ille cujus erit dicta erba, quam penam XII. denariorum predictorum possit pignorare vel facere pignorari bajulus de Cherol infra dictas pasturas, paschua, sive loca; salvo tamen et excepto quod si homines vallis de Cherol vel illi qui pro eis siccaverint dictam erbam vel aliquis alius pro eis dispergerent dictam erbam circum circa jagudas bestiariorum hominum Podiicerdani, ita quod ipsa bestiaria hominum Podiicerdani aliter non possent exire de ipsis jagudis ad ducendum bestiaria ad pasturas nisi transirent per ipsam erbam, vel si a dictis quinque diebus in antea dimitterent vel tenerent dictam erbam siccatam in predictis pasturis, in hiis casibus quantumcumque evenerint homines Podiicerdani et bestiaria eorum, si transiverint per ipsam erbam vel illi erbe dapnum dederint, non teneantur de dapno per ipsa bestiaria eorum dato dicte erbe nec ad solutionem dicte pene XII.
§ III denariorum barchinonensium. ¶ Item, dico et pronuncio quod omnes questiones, petitiones et demande quas quelibet pars predictarum partium habet contra alteram, ratione dictorum paschuorum, pasturarum et ademprivorum et locorum vel ratione expensarum factarum per utramque partem utrisque in causis ductis utrisque super predictis inter dictas partes, et omne odium, ranchores et male voluntates que inter dictas partes essent vel fuissent utrisque, ratione dictarum controversiarum, contentionum et demandarum, sint cassi et casse et inanes et super eisdem utrique parti silentium impono. Et hec omnia

predicta et singula dico, pronuncio et adjudico ut superius continetur; salvo tamen et retento quod si aliqua sint ambigua vel obscura in predictis que supra determinavi et pronunciavi ac dixi que indigeant declaratione, quod illa possim declarare et determinare ad meam voluntatem. ¶ Unde nos Petrus Solaz, P. de Prato et Raymundus Gaamir, consiliarii ville Podiicerdani predicti, nomine nostro et nomine totius universitatis ejusdem ville Podiicerdani, ex una parte, et nos Bernardus Olobde et G. Saurina, consiliarii vallis de Cherol supradicti, nomine nostro et nomine totius universitatis vallis de Cherol, ex altera, gratam et ratam habentes sententiam, pronunciationem sive dictum predictum antedicti Raymundi de Palerols, tertii et superioris predicti, laudamus semper et concedimus, approbamus, ratificamus ac etiam confirmamus omnia predicta et singula per vos superius dicta, determinata et pronunciata prout superius continentur et promittimus predicta omnia et singula perpetuo servare et firma habere prout superius sunt contenta et quod contra predictam dictum, pronunciationem seu sententiam vestram non veniemus nos vel dicte universitates clam vel manifeste. Et nos Andreas den March, Bernardus de Ysogol et Guillelmus de Ysogol et Bernardus de Ysavals, de Podiocerdano, Petrus Borrel, de Cherol, Bernardus G., de Riautes, Bartholomeus Traper, de Cherol, et Petrus Borrel, de Turri, arbitri seu arbitratores predicti, predicta omnia et singula laudamus et concedimus ut superius sunt contenta. Lata fuit hec sententia, dictum seu pronunciatio per Raymundum de Palerols, tertium et superiorem predictum, et eadem omnia predicta et singula laudata, concessa et approbata per eum et per partes proxime dictas et per dictos arbitros ut superius continetur scilicet die lune qua dicitur XII. kalendas junii anno Domini M. CC. XC. VII. in presentia et testi-

monio Pontii de Ur, Petri Blanch, Raymundi de Casobo et G. Donzes, de Podiocerdano, Bernardi Tasquer, bajuli de Cherol, Bernardi Borrel, Guillelmi Amyl, G. Sala, de Cherol, Raymundi de Cherol et Petri Majoles, de Turri, Arnaldi Gotmar, de Cortvassil, Bernardi Vives, habitatoris Appamiarum qui fuit de Turri, et mei Raymundi de Caborrivo, qui mandato notarii subscripti in predictis interfui et hec omnia et singula scripsi et in formam publicam redegi.

## 2

1365, desembre, 11. — Barcelona.

*Pere III ordena al jutge del Patrimoni dels comtats de Rosselló i Cerdanya que si els homes del lloc i la vall de Querol tenen, tal com ells asseguren, l'ús molt antic de tallar fusta en qualsevol dels boscos de dita vall (excepte els de Munt-Arruff i de la Torre Cerdana), no permeti que ningú els el impedeixi sense haver-se instruït causa.*[1]

[1] En virtut d'aquesta lletra de Pere III el jutge del patrimoni reial en els comtats de Rosselló i Cerdanya, En Berenguer Isern, instruí causa, en la qual varen presentar posicions i testimonis d'una part els homes de la vall de Querol i d'altra part el procurador fiscal. El jutge va anar diferint després la seva sentencia, de lo qual els de la vall se'n clamaren al rei; aquest el dia 25 de mars de 1368 va adreçar al jutge una altra lletra, en la qual transcrivint-hi primer la damunt impresa hi afegia lo següent : «Verumtamen, sicut pro parte dictorum consulum fuit nobis suppliciter intimatum vos favore dicti procuratoris nostri regii et officialium superius nominatorum, asserentium super inde plures rationes frivolas et inanes, ac allegantium dictos homines, vigore cujusdam ordinationis dudum inde facte, minime posse in dictis nemoribus lignare nec vendere aliquod lignum, super contentis in preinserta littera et usu ac possessione ademprivii et perceptionis predictorum providere secundum justitiam renuitis ac differtis, ob quod iidem homines in deffectu vestri sunt vexati et quamplurimum fatigati diversis laboribus et expensis in eorum maximum prejudicium. Unde a nobis super hoc justitie remedio postulato, vobis mandamus ex certa scientia et con[sulte] quatinus preinsertam litteram et contenta in ea dictis hominibus tenendo et observando, eosdem

*A*. Original perdut.
*B*. Copia inclosa en el procés conservat a Perpinyà a l'Arxiu dels Pirineus Orientals : *Notula d'Andreu Romeu,* B. 116 (Registre), f. 20.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, ffideli nostro judici patrimonii comitatuum Rossilionis et Ceritanie, salutem et gratiam. Exposuerunt nobis ffideles nostri consules et probi homi-

in possessione qua ipsi nunc esse dicuntur lignandi in dictis nemoribus et dicta ligna vendendi manuteneatis et deffendatis et predictis nemoribus et lignis eorumdem uti libere permitatis more solito et antiquo, quacumque ordinatione facta in contrarium minime obsistente. Datum Barchinone, XXV die martii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo. Visa R.»

No gaires dies després el jutge va donar la següent sentencia : «Unde nos Berengarius Ysserni, judex predictus, visa littera superius per partem dictorum consulum producta, in petitione per ipsos oblata inserta, et ipsa petitione etiam visa, visis etiam positionibus tam pro parte dictorum hominum quam pro parte domini regis oblatis, visis etiam attestationibus testium per utramque partem in causa presenti productorum, visa etiam littera regia noviter et ultimo per partem dictorum consulum nobis exhibita et presentata, et mandato in ea contento diligenter inspecto, visis etiam totius presentis cause meritis, habito super predictis peritorum consilio et specialiter cum venerabili Johanne Pinya, advocato fiscali, Deum habendo preocculis, sacrosanctis quatuor Dei Evvangeliis coram nobis positis et hostensis, die presenti ad sententiam ferendam assignata, quam non ad cautelam assignamus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ad sententiam ferendam super predictis procedimus in hunc modum : Cum constet nobis intentionem dictorum hominum esse fundatam, idcirco, per hanc nostram diffinitivam sententiam quam ferimus in hiis scriptis, pronunciamus homines dicte ville et vallis esse in possessione scindendi, lignandi et ffaciendi ligna pro eorum libito voluntatis in quibuscumque nemoribus, silvis terminorum et bajulie dicti loci et vallis, exceptis nemoribus de Munt Arruff et devesia sive nemore de la Torra Cerdana, inibendo procuratori regio ne de cetero dictos homines nec singulares eorumdem in dicta possessione perturbet seu a quoquam perturbari permitat. Per hanc tamen nostram pronunciationem non intendimus prejudicare juri regio in proprietate, si quod habet, ymmo illud sibi, si et quotiens petere voluerit, reservamus. Lata fuit et lecta dicta sententia per dictum dominum judicem sedentem pro tribunali, more solito judicibus judicantem, dicta die sabbati intitulata sexta madii, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus partibus supradictis ac presentibus etiam testibus Guillermo Fontis, notario, Arnaldo Ordis, scriptore, de Perpiniano, Petro Jaspert, de Podioceritano, Jacobo Fabro, de Ixs, terre Ceritanie, et pluribus aliis in multitudine copiosa, et Andrea Romey, notario ac dicte curie patrimonii scriptore.»

nes loci et vallis de Querol, terre Ceritanie, quod [cum] ipsi et predecessores sui sint et fuerint in usu et possessione antiquissima, per .X. .XX. .XXX. et .XL. annos, et per tantum tempus quod hominum memoria in contrarium non existit, scindendi, lignandi et faciendi ligna pro libito voluntatis in quibuscumque nemoribus, silvis terminorum et bajulie dicti loci et vallis, exceptis nemoribus vocatis Munt-Arruff et devesia sive nemore de la Torra Cerdana,[1] tamen, a modico citra tempore, Johannes Vola, procurator reddituum comitatuum Rossilionis et Ceritanie, et Bernardus Serra, substitutus ipsius in terra Ceritanie, et non nulli alii officiales nostri, ut dicitur, nituntur perturbare, et de facto, ut dicitur, perturbant dictos homines et singulares dicti loci sive vallis in dicta eorum possessione vel quasi, prohibendo, mandando, et, ut asseritur, inibendo eisdem ne in dictis nemoribus audeant

[1] En demés, en quant al bosc corresponent al castell de Querol el rei Pere III en 1351 havía concedit als habitants de la vall que poguessin utilizar-ne una part, la que resultés menys damnosa pel dit bosc; el document de dit monarca relatiu a això és de la tenor següent : «Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., fidelibus suis procuratoribus reddituum et jurium nostrorum comitatuum Rossilionis et Ceritanie vel eorum locatenentibus, salutem etc. Cum nos compatientes egestati et penurie quam homines castri de Querol, terre Ceritanie, patiuntur tam propter temporis sterilitatem quam propter nivem que ibidem cadit incessanter, eisdem cum presenti concesserimus gratiose quod absque metu et alicujus pene incursu possint et valeant de cetero lignare seu boscare aut lignari sive boscari facere ligna virida et sicca, ad eorum tamen usum et ademprivium et non alias, in illa videlicet partem nemoris dicti castri seu ejus terminis in qua minus dampnum inferatur nemore sepedicto; idcirco vobis et utrique vestrum aut vestro locumtenenti in Certania dicimus et expresse mandamus quatenus accedendo personaliter ad nemores dicti castri aliquam partem ubi dicti homines possint et valeant boscare sive lignare ad minus dampnum et destructionem ipsius nemoris eisdem hominibus consignare penitus non tardetis. Qua consignatione per vos facta in lignando seu boscando ligna supradicta ad eorum usum et emprivium ut est dictum, ipsos homines seu eorum familiam nec aliquem ipsorum exigendo penam ibidem impositam seu alias minime impediatis seu etiam perturbetis, cum nos rationibus jamdictis et aliis que concernunt reparationem dicti castri et hominum predictorum, queque nostrum animum ad hec rationabiliter induxerunt, sic cum presenti eisdem duxerimus concedendum. Data Perpiniani X.ª die februarii anno a Nativitate Domine M°CCC°L° primo. Vidit Jaspertus.» (Registre 892, f. 149, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó).

sive sint ausi scindere seu facere ligna pro libito voluntatis, sicuti facere possunt, ut asserunt, et consueverunt, in eorum dampnum evidens et jacturam. Quare supplicato nobis super predictis de justitia provideri, vobis dicimus et mandamus quatinus, si est ita, dictos supplicantes in possessione vel quasi sua predictorum tueamini et deffendatis et, absque cause cognitione, eosdem non permitatis ipsa possessione privari et hoc minime inmutetis. Datum Barchinone, undecima die decembris, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto. P. can[cellarius].

## 3

Segle XIV.

*Tarifa de la leuda de la vall de Querol.*

*A*. Original perdut.

*B*. Copia inclosa en una enquesta de l'any 1399,[1] transcrita en un quadern conservat a Perpinyà a l'Arxiu dels Pirineus Orientals: B, 173, f. 12. — *C*. Copia en el *Registre 1.er de la Procuració real de Mallorca*, a l'Arxiu dels Pirineus Orientals: B, 138, f. 71 v.

[1] Aquesta enquesta era sobre les leudes de Puigcerdà i de Querol; lo referent a la segona d'elles començava així : «Leude de Querol. Die sabbati XII julii anno XC.° IX.° Arnaldus Blanch, mercator ville Podiiceritani, testis citatus, juratus et diligenter per dictum venerabilem dominum regentem interrogatus. Et primo si ipse testis collescit lezdam quam dictus dominus rex recipit in valle de Querol, et dixit quod sich anno prope preterito quod ipse testis fuit renderius et collex it dictam lezdam. Interrogatus per quem modum levabat dictam lezdam tempore quo erat renderius, et dixit quod ipse testis levavit dictam lezdam per illam viam, modum et formam contentam in quodam quinterno papiri inferius scripto, quod quidem quinternum sibi dedit Arnaldus Treserra, quondam, dicte ville Podiiceritani, qui per XXX annos preteritos collexit et levavit dictam lezdam, ut renderius dicti domini regis, per illammet viam in dicto quinterno contentam cujusquidem quinterni tenor talis est». *(Aquí ve a continuació la sobreimpresa tarifa de la leuda de Querol, després de la qual segueix l'enquesta així:)* «Die sabbati qui fuit XIII septembris, anno a Nativitate Domini M°CCC°XC°VIIII°. Andreas Ysegol de Pugcerda, ha-

QUOERN[a] DE LA MANERA ANTIGA COM ES ACUSTUMADA DE GRAN TEMPS ENÇA LEVAR LA LEUDA DEL SENYOR REY EN LA VALL DE QUEROL.

| | | |
|---|---|---|
| Primerament, tota carrega de draps adobats qui sien cordats | IIII | [diners] |
| Item una bala de draps adobats que sia cordada | II | [diners] |
| Item un drap cruu | I | [diner] |
| Item tota carrega de draps crus que sien cordats | IIII | [diners] |
| E si no son cordats | II | [diners] |
| Item tota carrega de fusta de bast que sia obrada | VI | [diners] |
| Item tota carrega de fusta que no sia obrada ni cordada | II | [diners] |

[a] FORMA, *C.*

bitator de la vall de Querol, testis citatus, juratus et diligenter interrogatus super predictis dicere veritatem, et dixit que ell ha cullides la dita leuda de Querol en la forma seguent per mes de X anys que n'es stat cullidor :

LEUDE DE QUEROL

| | | |
|---|---|---|
| Primo, tota carrega cordada, de qualque mercaderia que sia, qui pas per Querol, paga de leuda | IIII | diners |
| E si es balo qui vaia de trevers | II | diners |
| Item tota carrega de posts | I | diner |
| E si es una post, no paga res | | |
| Mas .II. o .III. tres *(sic)* paguen | I | diner |
| Item tot molto, ovella, cabra, o cabrit qui sia triat de lur mare, qui entra en lo dit leudari o isque | I | malla |
| Item de tot bou, vacha, vadell qui isque o entra | I | diner |
| Item de tot mulat qui isque o entra | IIII | diners |
| Item tot mul de fesc qui sia comprat i isque o entra | VIII | diners |
| Item tot cavall gran qui isque de la terra o entra | V | sous |
| Item tot rossi de dos celles qui isque o entra | III | sous |
| Item tot altre rossi qui isque o entra | I | sou |
| Item tota fusta de bast obrada o no obrada e de pintes e de cardes per balo | II | diners |
| Item tot borch e truja e porcell qui sia triat de la mare e isque o entra | I | diner |

| | | |
|---|---|---|
| E si·n porta .III. feys.............. | III | [diners] |
| Item tota bala de quixa que roba sia vaja a traves.............................. | III | [diners] |
| Item tota carrega de pestell cordat... | III | [diners] |
| Item si es bala qui vaja a traves....... | II | [diners] |
| Item la carrega de pestell que no sia cordat | II | [diners] |
| Item dos quintals de ferre qui sia de hom strany.............................. | I | malla |
| Item tota carrega de ferre obrat que sia cordat si'n porta .III. balons............ | VI | [diners] |
| Item tota carrega de formatges que sien cordats.............................. | IIII | [diners] |
| E si no son cordats.................. | II | [diners] |
| E si'n porta .III. farcells que no sien cordats.................................. | III | [diners] |
| Item tota carrega de pella que sia cordada | IIII | [diners] |
| E si no es cordada.................. | II | [diners] |
| Item tota bala qui vaja a traves per entrada o per exida ...................... | II | [diners] |
| Item tota bestia bovina.............. | I | [diner] |

| | | |
|---|---|---|
| Item tot fferre paga per .II. quintals a la entrada..... | I diner, | I malla |
| E si es obrat lo fferre, per cada quintal............... | I | diner |
| Item de formatges per tota carrega qui sia en sach cordat qui entra.................................. | IIII | diners |
| E si ve en corbells per cada corbell.................. | I | diner |
| Item tot colre entrant i exint ......................... | I | malla |
| Item tot jueu o juhia entrant o exint.................. | V | sous |
| Item tot moro e sarrahi entrant i exint............... | I | sou |
| Item tot bot de vi entrant i exint.................... | I | diner |
| Item tota carrega de lana, vullas que sia lavada, vullas que sia sutza que pas per lo dit laudari paga........ | II | diners |
| E si dita bala va de traves axi matex paga........... | II | diners |
| Item tot falcho, si donchs sparver no li va primer, per cascun.............................................. | V | sous |
| Item per cascun scrus.................................... | V | sous |
| Item per cascun cavall................................... | V | sous |
| Item per cascuna bogia.................................. | V | sous |
| Item per cascun sclau o sclau *(sic)*.................. | I | sou |

Item tota bestia de lana o de cabru per entrada o per exida..................... malla

Item tot porch o truja.............. I [diner]

Item tot mulat o roci qui no haja portat bast.................................. IIII [diners]

Item tot mul de fex qui haja portat bast VIII [diners]

Item tot cavall qui entra per vendre que sia de hom strany...................... V sous

Item tot juheu que sia strany e se'n vulla passar deça o della..................... I sou

Item tota juhia..................... I sou

E si es prenys...................... I sou VI [ds.]

Item tota carrega de drap de li o de canem o d'estepa o de trelliç que sia cordada.... IIII [diners]

E si no es cordada.................. II [diners]

Item si porta un balo a traves....... II [diners]

Item tot fex de mercaderia o qualsevol roba que sia de roba vella, sia cordada o no, qui vaja a traves...................... II [diners]

E te lo laudari de Querol del mig del Pont cerda, que es del rey d'Arago e del comte de Fox mig per mig, fins a la lata d'Irevals. Item, es entes que com les mercaderies ixen del comtat de Fox o del regne de França e passen per Querol e venen en fira o en dia de mercat o en altre qualsevol manera e se'n tornen per lo dit cami o leudari de Querol pus no les han pogudes vendre, no deuen pagar sino miga leuda. Es pero entes que los homens de la vall de Andorra, ço es de la vall de Ingles en sus envers lo bach de la Casa, no paguen leuda; mas en loch d'aquella paguen tots anys en la festa de Omnium Sentor[um] XXV ssous al lauder o render del senyor rey; e com la fira de Puigcerda sia en la dita festa es acostumat quels Endorans ab lurs bestiers e bestiars venen a la fira e los .IIII. jurats de la dita val venen devant lo batlle de Querol qui aquells reeb e met dins lo castell de Querol donant aquells pa, vi e formatge, e los dits jurats han a dar al dit batlle II ssous VI diners, e al dit render los dits XXV sous, que apres lo dit batlle remet los al senyor de Enveig, qui en temps entich tenia que fos en tot per lo senyor rey, e lo dit senyor de Enveg met-los en la fira de Puigcerda, e los dits IIII jurats donen al dit senyor de Enveig una perna de canselada per lo [pla?] de Ireval...» (En 1395 el senyor d'Enveig era En Pere d'Enveig, posseint a més els castells d'Ur i Flori i l'estany de Lanós, segons es veu per un document de Joan I en el registre 2009, f. 67, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.)

Item tota somada de vi.............. III [diners]

Item tot fex de galda que sia cordat.. II [diners]

Item tota carrega de pex fresch o salat que sia cordat.......................... IIII [diners]

E si no es cordat.................... II [diners]

Item tota carrega de pells ayines o cabrun IIII [diners]

Item totes altres carregues d'aver (?) de pes que isquen o entren al pas de Querol, e sien de hom strany, que sien cordades.... IIII [diners]

E si no son cordades................ II [diners]

Item tota carrega de astes de glavis o de lances o de darts, que sia cordada....... IIII [diners]

Item tota carrega de fulla que sia cordada.................................. IIII [diners]

E si no es cordada.................. II [diners]

Item tota carrega de cendra de paltada que sia cordada.......................... IIII [diners]

E si no es cordada.................. II [diners]

Item tota carrega d'orxella........... IIII [diners]

E si no'n porta cor .I. balo a traves... II [diners]

Item tota carrega de cingles, execurs o de cordam, que sia cordada................ IIII [diners]

E si'n porta .III. balons............. VI [diners]

E si no es cordat.................... II [diners]

E si'n porta .III. balons que no sien cordats................................... III [diners]

Item tota carrega de lana sutza o lavada, o d'ayms, que sia cordada .............. IIII [diners]

E si no es cordada.................. II [diners]

Item tot coller qui porta a coll neguna mercaderia............................ malla

Item tota carrega de mercaderia qualcevol que sia, qui sia cordada............. VI [diners]

E si no es cordada.................. IIII [diners]

Item tota carrega de calderes, o d'aram o de coure o d'estany, que sia cordada... IIII [diners]

E si no es cordada.................. II [diners]

E si'n porta .III. farcells............. III [diners]

E si no'n porta sino I............... I [diner]

Item tota carrega d'oli de .III. bots que sien cordats.......................... VI [diners]

E si no son cordats.................. III [diners]

Item per carrega de sal.............. I [diner]

Item per carrega de cardons que sia cordada................................ IIII [diners]

Item tota carrega de congre que sia cordada................................ IIII [diners]

E si'n porta .III. balons............. III [diners]

## 4

1423, octubre, 20. — Puigcerdà.

*Declaració feta per Ramón de Serinyà, jutge del reial Patrimoni en els comtats de Rosselló i Cerdanya, en favor de la vall de Querol, concedint-li en emfiteusi l'ús exclusiu de l'estany d'Evol i de la ribera d'Aravo.*

*A*. Original perdut.
*B*. Copia en el *Registre 32 de la Procuració reial dels comtats de Rosselló i Cerdanya,* a l'Arxiu dels Pirineus Orientals, a Perpinyà: B. 357, f. 333 v.º.

Noverint universi quod nos Raymundus de Serinyano, decretorum doctor, judex patrimonii regii in comitatibus Rossilionis et Ceritanie, locumtenens venerabilis Petri Roure, regentis procurationem regiam in dictis comitatibus, attendentes honorabilem procuratorem regium comitatuum predictorum seu ejus locumtenentem licentiam

dedisse et concessisse Guillermo Vilalta, ville Podiiceritani, piscandi in stagno de Evol et in riparia Aravonis infra bajuliam de Querol existentibus, cui quidem licentie et concessioni vos consules et probi homines vallis predicte de Querol vos opposuistis pretendentes vos habere predictum stagnum et ripariam ad solum usum et servitium vestri et vestrorum successorum et singulorum dicte vallis et per consequens dictam licentiam et concessionem in prejudicium vestri et universitatis predicte singularium ejusdem fore factam; et propterea nobis supplicatis quatinus predictum usum et servitium proprium vestrum astagni et riparie predictorum vobis et dicte universitati concedere et confirmare et ad uberiorem cautelam vobis ad accapitum dare et concedere stagnum et rippariam predictam deberemus nosque certifficati ad plenum quod dictum stagnum et riparia sunt ad solum proprium usum et servitium vestri et universitatis predicte et singularium ejusdem. Idcirco, gratis et ex nostra certa scientia, nomine domini regis, laudantes, approbantes et confirmantes vobis dictis consulibus et probis hominibus universitatis predicte vallis de Querol usum et ademprium predictum revocantesque et anullantes licentiam et concessionem predictam dicto Guillermo Vilauta factam, necnon omnes et quascumque alias licentias et concessiones tam per nos quam per procuratores regios comittatuum predictorum quibusvis personis factas de piscando in dictis stagno et ripparia, damus et concedimus ad accapitum sive in emphiteosim vobis Raymundo Olopda, de Querol, Guillermo Adrover, de la Torr, et Poncio Roig, de Porta, consulibus universitatis dicte vallis de Querol, recipientibus nomine universitatis predicte et singularium ejusdem, predictum stagnum de Evoll et rippariam Aravonis infra dictam bajuliam de Querol scistentes; ita volentes et vobis et

successoribus vestris nomine domini regis concedentes quod vos et vestri et singuli de dicta valle qui nunc sunt et fuerint pro tempore habeatis et teneatis dictum stagnum et rippariam Aravonis ad solum usum, servitium et ademprivum vestri et vestrorum, et quod nulla alia persona extranea, cujusvis existat conditionis, prehemi-nentie ac status, non possit, valeat seu presumat in dictis stagno et ripparia Aravonis infra dictam bajuliam scistentes piscare nec nos seu procurator regius comitatuum predictorum seu ejus locumtenens possimus sive possint aliis personis extraneis licentiam dare seu concedere piscandi in predictis stagno et ripparia, possitis etiam dictos stagnum et rippariam deffensare ac bannum in eis imponere, de quo quidem banno, casu quo per aliquem seu aliquos comitti continget, tertia pars denunciatori et alia tertia pars bajulo dicte vallis et reliqua tertia pars consulibus ipsius vallis applicetur et adquiratur. Hoc itaque accapitum vobis dictis consulibus et universitati dicte vallis et singularibus ejusdem facimus de predictis stagno et ripparia, sicut melius, firmius et utilius dici potest, scribi, intelligi et nominari, ad bonum et sanum intellectum vestri et vestrorum; inducentes vos in presenti plenam, veram et corporalem possessionem juris et facti de predictis stagno et ripparia per nos vobis et universitati predicte et singularibus ejusdem ad accapitum traditis, de quibus statim nos, nomine predicto, constituimus, nomine vestro et universitatis predicte et singularium ejusdem, possessorem, donech possessionem predictorum acceperitis corporalem, quam accipere possitis et valeatis in continenti cum volueritis, ut rem vestram et universitatis predicte propriam; constituentes vos et dictam universitatem et singulares ejusdem super hiis veros dominos et procuratores ut rem vestram propriam. Promittentes vobis quod nos, nomine predicto, faciemus

vos et dictam universitatem et singulares ejusdem habere, tenere et possidere predictum stagnum et rippariam contra omnes personas potentes paciffice et quiete; salvis tamen et dicto domino regi retentis decem solidis barchinonensium, quos vos et universitas predicta detis, solvatis et prestetis anno quolibet in festo sancti Michaelis septembris prefato domino regi, et salvo et retento quod non possitis vos nec dicta universitas alicui seu aliquibus personis extraneis licentiam dare seu concedere piscandi in dictis stagno et ripparia. Et de evictione et omni interesse evictionis vobis et dicte universitati de predictis semper teneri promittimus sine dolo, obligantes inde vobis et vestris omnia bona dicti domini regis. Et pro intrata presentis accapiti habuimus et recepimus a vobis quinque florenos auri Aragonum, de quibus sumus bene vestri paccati, renunciantes exceptioni dicte pecunie non numerate et non habite et doli; et si plus censu et intrata predictis valent nunc seu valebunt amodo predictȧ que vobis et dicte universitati ad accapitum tradimus, totum illud plus vobis et dicte universitati damus nomine predicto, diffinimus et remittimus gratis donatione irrevocabili inter vivos, renunciantes nomine predicto quo ad hec illi juri quo deceptis in contractibus ultra dimidiam justi precii subvenitur et omni alteri juri me quo supra nomine juvanti contra predicta. Unde nos dicti Raymundus Olobda, Guillermus Adrover, et Pontius Roig, consules predicti, recipientes et acceptantes hujusmodi accapitum a vobis dicto honorabili Raymundo de Serinyano, locumtenenti predicto, promittimus facere, solvere et prestare anno quolibet in festo sancti Michaelis septembris prefato domino regi pro censu predictorum stagni et ripparie dictos decem solidos barchinonensium, aliaque omnia et singula per vos superius retenta attendere et servare promittimus;

pro quibus attendendis, servandis et complendis obligamus vobis nomine predicto recipienti omnia bona dicte universitatis. Quod fuit actum, laudatum et firmatum per dictum honorabilem Raymundum de Serinyano, locumtenentem predictum, et per dictos Raymundum Olobda, Guillermum Adrover et Pontium Royg, consules predictos, in Podioceritano, vicesima die octobris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, presentibus ad hoc pro testibus venerabili Petro Urus, bajulo de Querol, discreto Jacobo Sabat, presbitero, Joanne de Montblanch, corraterio, Fracisco Planella, notario Podiiceritani, et me Raymundo Mauri, notario infrascripto. Et ego, Petrus Planella, scriptor Podiiceritani, vice notarii subscripti hec scripsi et omisi scribere in decima octava linea in hoc signo *(signe de referencia).*

Sig + num mei Raymundi Mauri, publici Podiiceritani et Ceritanie notarii auctoritate honorabilium consulum dicte ville eis attributa per illustrissimum dominum nostrum regem, qui hec recepi scribique feci et clausi. Et constat michi de superposato in sexta linea ubi videtur : «scientia», et in decima septima linea : «nomine predicto»; et de raso et correcto in secunda linea ubi videtur : «Guillermo».

## 5

1511, agost, 2. — Barcelona.

